



1
12
13
14
15
16
17
18
19



1716.

14. Fleischer, Jo. Laurentius: De mandatis, si procurator tantum in bonis non habeat, ex quo mandatus inden- nis servetur, possit in subsidium intertueri resita- tionem in integram?
15. Fleischer, Jo. Laurentius: An pacta totalia a marito quidem non vero ab uxore subscripta, sint valida.
16. Fleischer, Jo. Laurentius: An princeps ex factis sui tutoris possit obligari?
17. Fleischer, Jo. Laurentius: De jure principis circa imaginatorem
18. Hahnian, Simon Fridricus: Historiam dissertationis de Jure Burgundici novi, vel Ardebatensis regni et rebellionis ejus, Carolus I, Habsburgici. perperam adscripta, ex meriti aevi scriptoribus fide dignis congesta.
- 19^{a, b, c} Heinemann, Jo. Will.: De origine atque iustole juris- dictionis patrimonialis. 3 Sampl. 1716, 1739 & 1770

- 19^d Hoffmannus, Christianus Gropfstedt: De origine
 et conditione procuratorum jure Romanico et
 Canonico, nec non eorum progressu in foras
 Germanicum 28
20. Hoffmannus, Fredericus: De passione Hæica 28
21. Hoffmannus, Fredericus: De sulphureosis metal-
 lorum. 29
22. Hoffmannus, Fredericus: De differentiâ medici et
 practici medicæ 30
23. Ludovig, Joannes Petrus: Differentias juris communis
 et Lusabici in Leythina atque date. . . respondebit 31
24. Ludovig, Joannes Petrus: De nominatore decretorum
 et prædictorum 31
25. Ludovig, Joannes Petrus: Differentias juris Feudalis
 communis atque Prussici . . . respondebit 32
- 26^{a. G. r.} Ludovig, Jacobus Fredericus: De facili prædictis libere
 usus fructus paleris 3 sept. 1716: 1747 33

27^{a. b. c.}

Lutovici, Jacobus Triverius: De jure reventicis ex
diversa etiam causa competente 3 Sept. 1716,
1737 a - 1758

28^{a. b. c. d.}

Lutovici, Jacobus Triverius: De eo, qui post litem contesta-
tam bona immobilia possidere desit. 3 Sept.
1716, 1736 i 1737

29^{a. b. c.}

Munckhausen, Philippus Alexptus: De jure ministerium
exigunt a principe limitationem. 3 Sept. 1716 i 1734

30. Stahlian, Georgius Ernestus: De utriusque elogiis chymica-
medicis aestimantia

31^{a. b. c.}

Thomarius, Christianus: De usu pratico tituli
institutionum, quibus necesse est patris potestatis
solvitur. 2 Sept. 1716 i 1741

32^{a. b. c.}

Thomarius, Christianus: De remissione facta pro-
prios vel hypothecae per acceptationem chirographi
novi aut fiduciarioris 2 Sept. 1716 i 1727

33^{a. b. c.}

Thomarius, Christianus: De onere probandi in
actione negatoria 3 Sept. 1716 i 1732

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



2715.

10-

4716
129

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
 DE
 IVRE ET STATV
 HOMINVM PRO-
 PRIORVM A SERVIS
 GERMANIAE NON ROMA-
 NIS DERIVANDO,
 ET DE
 VSV HVIVS DOCTRINAE.

QVAM
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
 DOMINO CAROLO,
 PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDEN.
 BVRG. CETERA,
 IN REGIA FRIDERIGIANA,
 PRAESIDE,
 DOMINO

IVSTO HENNING. BÖHNERO,
 ICT. COM. PALAT. CAES. POTENT. REGI BOR. A CONS.
 AVL. PR. IVR. ORD. ET h. t. DECANO,

PRO LICENTIA

SVMMS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES
Ad d. XXIX. Sept. MDCCXVI, horis ante et pomerid.
 publico eruditorum examini subiicit,
 AVTOR

FRIDERICVS SCHROETER,
 Lauba - Lufatus.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
 LITERIS IO. GRVNERI, Academ. Typogr.



DISSERTATIO IURIDICA IN AUCTORIALIS

DE
IURE ET STATU

HOMINUM PRO-

PRIORVM A SERVIS

GERMANIAE NON ROMA-

NIS DERIVANDO,

VSU HAVIS DOCTRINAE.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

REVERENDISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINO CAROLO,

PRINCIPIS BORVSIAE MARCHIONIS BRANDE-

IN REGIA FRIDERICIANA,

153
IUSTO HENNING BÖHMERO,

ICT. COM. PALAT. CAES. POSSENT. REGI BOR. A. CONS.

PRO LICENTIA

STANDBI IN VTROQUE IURE CANTABUNDI HONORES

AVTOR

FRIDERICVS SCHROETER,

HALLAE MAGDEBVRGICAE,

LITAEIO GRVNTZEL, Kuchelstr. 17.





PRAELOQVIUM.



St iuris Romani in Germania auctoritas non leuis, sed non tanta, vt aut rationem vincat, aut mores antiquos. Sunt plura instituta in Germania, a statu rei Romanae deuiantia, quae proinde iure Romano regi nequeunt. In hoc tamen peccant non pauci, qui *iuris patrii* neglectum vbique produunt, & soli iuri Romano insistendum esse credunt, vnde non potest non laeta errorum seges nasci, id quod vel ex *hominum* nostrorum *propriorum* iure & conditione, quae ex seruorum, libertinorum, colonorum & adscriptitiorum Romanorum iuribus incautius confarcinari solent, planum fit. Quos cum in nobili hoc argumento mirum quantum dissensionibus, ac infinita quadam diuersitate distrahi, tanquam signo malae causae iam his iam aliis difficultatibus preui, & vbi modernam rerum faciem cum illa Romanorum contendunt, saepissime a veritate longius aberrare, intelligerem, huius rei rationem in defectu legitimi & adaequati fontis, principique, a quo haec iura deriuentur, collocare coepi. Arque inde natum dissertationis huius inauguralis thema: de iure & statu hominum propriorum a seruis Germaniae, non a seruis aut libertis Romanorum deriuando, deque vsu huius doctrinae, cui, vt, quantum liceret, satisfacere, prima lectio-

A

ctio-

PRAELOQVIUM.

Etione in *historiam perpetuae seruorum successiois et iurium in Germania priscae Germ. seruitutis* inquisiui, atque ex hoc ipso deriuanda esse horum iura ab illorum conditione et statu euincere tentauit; altera *diuersitatem, quae inter homines proprios & seruos liberosque Romanos intercedit*, exposui. Vltima vero *usum huius nostrae doctrinae in effectibus priscae seruitutis Germanicae in hominibus propriis relictis*, atq; legitime nec tendendis conclusionibus ex dato principio demonstrauit. Animum mihi, fateor, addidere facemque praetulere, in ingrediendo hoc campo, duces letorum non pauci, qui et integris tractationibus et sparsim in lucubrationibus eandem doctrinam comprobauerunt, tum luculentis argumentis adstruxere. In his nominasse sufficit IOH. NICOL. HERTIUM in *disp. de hominibus propriis opusc. T. 2. l. 2. p. 157.* Illustr. THOMAS. *diff. de iure statuum Imperii aeternae ciuitatis §. 16. seqq. diff. de hominibus propriis et liberis Germanorum 1701. M. Oct. de usu practico distinctionis hominum in liberos et seruos 1711. M. Sept. de usu practico diff. hominum in ingenuos et libertinos eod. M. Oct. de usu practico doctrinae de impedimentis manumissionis 1702.* in illustri hac Fridericiana ventilatis, vt et Tom. IV. *observationum selectarum ad rem literariam spectantium Obs. II. §. 28. seqq.* & IOACHIMVM POTGISERVM in *fusiori & elegantiori opusculo de conditione et statu seruorum apud Germanos tam veteri quam nouo.* Colon 1707. In his vero CASPAR. ZIEGLERVM in *diff. selectis cura G. BEYERI collect. diff. 10. d. praediis censiticis ruralibus §. 20. seqq. p. 401.* Illustr. COCCEIUM *iurisprud. publ. c. §. IV. G. BEYER. in delineatione pand. T. d. stat. hom. p. 55.* HARPRECHT *de iure mortuar. c. 3. §. 18.* KNICHEN *de vestitur. pactor. p. 2. c. 3. n. §. B. TITIVM obseru. ad Lauterb. obs. 24. p. 15. & obs. 270. p. 647.* Dn. PRAES. *iur. digest. tit. d. statu hom. & iure Eccles. Protestant. T. de seru. ordinand. DAV. MEVIM von Zustand und Abforderung der Bauers Leute Qu. 1. n. 20. seqq. B. STRYK in vs. mod. tit. de oper. libertor.*

SECTIO

SECTIO I. De historia successionis & iurium seruitutis Germanicae.

§. I.



Iberos, non seruos, nasci homines in
statu naturali, si deuites eorum tri-
cas, quibus ARISTOTELIS serui na-
tura tales crucem figunt, penes o-
mnes in confesso est. Hoc enim o-
mnes ex communi illa cognatione,
quae ex naturae refultat similitudine,
antequam pacto aliquo vel facto sibi

Originet ser-
uitutis

inuicem legem dedere, aequales producantur, aequali quo-
que iure fruuntur. Quo sensu, quod, contranaturam esse ser-
uitutem, pronunciat in §. 2. I. de iure person. & l. 4. ff. de sta-
tu hom. accipiendum est. l. 32. ff. de R. I. Primos in orbe ser-
uos (qui nihil aliud sunt, quam homines in proprietate alterius
existentes, vnde & proprii homines dicuntur) fecit (1) *pactio*
woluntaria post dominiorum distinctionem, quae bonorum in-
uexit *inaequalitatem*, qua alii acquirendis, administrandis &
conferuandis bonis opibusque suis seruos quaesiere, alii vero,
paupertate pressi, pro alimentorum, & aliarum necessitatum
praebitione ministeria sua aliis in perpetuum addixere et lo-
cauere. GROTIUS de I. B. & P. L. 2. c. 5. §. 27. PUFEND. de I. N.
et G. L. 6. c. 3. *Pactitiae* huic *seruituti* succedit (2) *legalis*, qua
diuisione seruitutis constituendae modos eleganter comple-
ditur B. TITIVS ad Pufend. d. O. H. et C. L. 2. c. 4. Obs. 527. p.
571. cum *mortales*, post dominiorum distinctionem, et *dominan-*
dilibido, et *ditescendi cupido* in alios armaret, victis vero qui-

Ex pactis,

Ex lege,
unde
seruitus ex
captiuitate
bellica,

A 2 bus

4 SECT. I. DE HISTORIA SVCCESIONIS

bus vita donabatur, communi gentium consentu, *seruitutis legem* imposuerint, vnde nouus modus constituendae seruitutis resultauit *capriuitas bellica*, de qua *l. s. ff. de stat. hom. v. GROT. l. 3. c. 7.* Huc collineat HORATIUS *l. i. ep. ad Quint. Vendere cum possis caprium, occidere noli, Seruet vtiliter.*

Ex natiuitate, Porro cum (3) *natiuitas* ex seruis parentibus obrudere coepit proli seruile iugum, de quo §. 4. *l. de i. person.* nascuntur ex *ancillis nostris*, quod, num satis congruat iuris naturalis rationi? examinant GROTIVS *l. 2. c. 5. §. 29. l. 2. c. 8. §. 18. C. ZIEGL. in not. ad l. c. p. 291. SELDEN. de I. N. et G. l. 7. §. 8. P. V. FEND. de I. N. et G. l. 5. c. 7. §. 9.* Denique (4) ex *delicto* ac legum *migratione seruitus poenalis* imminere et constituii suevit, quae omnium vere gentium moribus frequentata est. De *Romanis* vid. §. 4. *l. de i. pers. l. 2. et 4. C. de libert. et eorum liberis, et l. 12. C. de op. libert. et totum fere titulum ff. de poenis, conf. l. 3. c. 15. §. 8. c. 6. et 17. X. d. Ind. et Sarac. De Germanis* inferius.

Respondetur
iis, qui seruitutem contrariari iuri naturalae adstruunt.

§. 2. Atque ab his fontibus, vt reperendi sunt seruitutis natales, ita procul dubio impingunt, qui ex iisdem illicitam iuri naturali eiusdemque rationi contrariam somniant seruitutem. Facto enim humano vbi debentur origines eiusdem, lex ideo naturalis non excluditur, quae potius vt *occafio et causa* coniungenda sunt. Ius enim naturale hic, nihil plane decernit nec iubet, sed post mortalium corruptionem, seruitutem contractam regulis tuis atque praeceptis moderatur, ac ex *internis et domesticis principis* interpretatur; *partitiam* nempe ex communi illa doctrina, de pactorum sancta fide, et permiffa omnibus in seruitutem additione: v. GROT. *l. 2. c. 3. §. 8. legalem et bello quidem inuectam*, ex praecepto de securitate ab hoste sibi praestanda: v. Ill. THOMASIVS *Iurispr. diu. T. 3. c. 5. §. 29.* atque de permiffa caede hostis, si iustum sit bellum, adeoque multo magis captiuatione et seruili imponenda conditione, vid. GROT. *l. 3. c. 4. §. 8. sqq.* Porro *poenae seruitutem* interpretatur ex vi contractus, quo delinquentes cum lege contraxisse videntur vid. GROT. *l. 2. c. 20. §. 2. n. 3.* et ex praecepto de conuenienti in vindicandis delictis utilitatem publicam

cam obtinendi modo; tandem quoque seruitutem ex *natiuitate* explicat ex domini iure, quo nostrum est, quod ex re nostra nascitur, h. e. cum habeamus proprietatem in corpus ancillae, eius quoque *accessorium* seu partus eiusdem iuris esse debet. ZIEGL. ad Grot. l. 2. c. 5. p. 292.

§. 3. Ius seruitutis ab *iniustitia* vindicauimus, non vero *exercitium* huius iuris inter gentes. Neque id fieri posse in vniuersum aestimanti patebit ex insigni morum diuersitate, et varia seruis imperandi ratione. In Romanis saltem, quos solos hic producimus, id non licet, qui profecto idem de potestate in seruos eiusque exercitio asserere poterant, quod de patria sua potestate in §. 2. l. de Patr. potestate adserunt: *Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum, nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habent potestatem, qualem nos habemus*; sed pari vtrunque credo tyrannidis macula, cuius antiquissimi jam apud GROTIVM l. 2. c. 5. §. 7. scriptores patriam Romanorum potestatem arguunt. Immemores enim illius SENECAE l. 1. de Clementia c. 18. p. m. 292. *seruis imperare moderate laus est, & in mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat aequi bonique natura, quae parcere etiam captiuis et pretio paratis iubet*, et paulo post: *cum in seruum omnia liceant, est aliquid, quod in hominem licere ius commune animantium vetet, quia eiusdem naturae est, seruis suis, non vt hominibus sed vt brutis & iumentis abutebantur*, vid. SENEC. Ep. 27. p. m. 131. Idem non obscurum est tum ex l. 2. D. ad L. Aquil. qua Caius, ut igitur apparet, inquit, *seruis nostris exaequas L. Aquilia quadrupedes, quae pecundum numero sunt, tum etiam ex illa dubitatione, num homines sint serui*. Ita enim FLORVS l. 3. Histor. c. 20. p. 291. *Enimvero seruitium fevas armorum dedecus. Nam et ipsi fortunam in omnibus obnoxii, tamen quasi secundum genus hominum sunt. Ius vitae et necis, h. e. domesticam iurisdictionem, quam eadem religione administrare par erat, qua publica in effrenem, quiduis luberet supplicii impune in seruum, quacunque de causa sta-*

Seruitutis Romanae facies

in exactione seruitutorum,

in iuris dictio-

ne domino-

rum in ser-

uos.

tu-

euendi licentia, peruertebant §. 2. *l. de his qui sui vel al. iur. sunt.* v. LAVRENT. PIGNOR. *de seruis p. 13. §. 9.* vsque dum diui ANTONINI constitutione faeuiciae modus statueretur, per §. 2. *Leod.* atque fugientes quoque nimiam dominorum asperitatem serui, statuum et alylum nacti, dominorum potestate eximerentur, magistratuique subderentur, qui de ipsorum querelis cognoscere iubebatur: §. 2. *l. eod. et l. 17. §. 12. ff. d. Ediliti. Edicti.* quae insignem lucem accipiunt ex laudato LAVRENTIO PIGNORIO *d. seruis p. 23. §. 9.* Seruorum nonnisi in *quaestionibus, tormentorum vi,* expressa erant testimonia, vid. SIGONIVS *d. antiquo iure pop. Rom. T. 2. L. 2. d. Ind. c. 14. p. 509.* quo nomine eorum durissima quoque fors fuit ex Scto Sallustiano, de quo v. GRAYNA *d. Orig. iur. Ciu. L. 3. p. 724.* Iam circa *operas seruorum,* quantum aequi ac iusti rationem excefferat lasciuia, luxuria et auaritia Romanorum, vix exprimi potest, si vel solius PIGNORII *de seruis,* et FORMAE *de operis seruorum* opuscula euoluuntur. Ab eodem denique fonte factus Romanum provenire ar bitror inanem subtilitatem de *matrimonio & contubernio,* de *adulterio et violato contubernio,* ob quam serui contubernium suum violantes *adulterii* crimine accusari non poterant, *l. 23. C. ad L. iul. de Adult.*

§. 4. Mitius sane nullo non tempore *Germanorum* in seruos suos exitit imperium, quorum et historia et iura ab vltima memoria ad recentius aeuum breuibus pertextenda iam sunt, quo ex ipsa seruorum inter Germanos *perpetua successione,* atque *iure* in eosdem, primam acerbiteriam sensim sensimque exuente, luculentius constet, quo talo nitatur prior thematis nostri assertio. Antiquissimam penes Germanos fuisse hominum distinctionem in *liberos et seruos TACITI d. moribus Germanorum* libellus loquitur. Horum constituendorum ratio et *paetitia* fuit et *legalis.* Paetitia speciem rederet TACITVS *l. c. c. 24. et 25. Alem,* quod mirere *sobrii inter serua exercent; tanta lucrandi percipiendique remeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo nouissimo iactu de libertate et corpore contendant. Vicitus voluntariam seruitutem adit.*

QUARTO

Quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire pati-
 tur. Et est in re prava pernicacia: ipsi solum vocant. Seruos
 conditionis huius per commercia tradunt, vt se quoque pu-
 dore victoriae exsoluant. Legalem ac eam maxime, quam
 captivitas belli impoluit, communi quodam gentium consen-
 su, iuuere videtur; vbi caeteris seruis non in Romanum mo-
 rem vti Germanos pergit c. 25. Coniecturae fauet SENECAE lo-
 cus Epist. 47. Variana clade, quam multos splendidissime
 natos senatorium per militiae auspicientes gradum fortuna de-
 pressit, & alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit,
 et TACIT. Annal. l. 12, p. 419. Auculae laetitia, quod quosdam
 e clade Variana post quadragesimum annum seruitio exem-
 erant. Quae cum ita sint, num vere pronunciauerit A. GAIL-
 LIUS de pignorationibus obs. 8. n. 2. his verbis: siquidem Germania
 ex Cornelii Taciti sententia in libello de moribus Germanorum,
 veros seruos nunquam habuit, et ALEXANDER ab ALEXANDRO
 GENIAL. L. 3. c. 20. f. 158. iudicandum, in vtriusque conditionis
 seruos diuerso Germani vtebantur iure, illos per commercia
 tradebant, quo sese exsoluerent victoriae pudore, his agros
 tradebant, ex quibus domino frumentum, pecus et vestem
 praestarent, quosque nullae educationis deliciae a dominis di-
 stinguiebant. Ait TACITVS c. 25. Caeteris seruis non in nostrum
 morem descriptis per familiam ministeriis viuunt. Suam
 quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum domi-
 nus aut pecoris aut vestis, vt colono, iniungit: et seruus haec
 parat. Caetera domus officia vxor ac liberi exsequuntur,
 et c. 20. Dominum ac seruum nullis educationis delictis dig-
 noscas. Inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec
 aetas separet ingenuos, virtus agnoscat. More sane diuerso
 a Romano recte censuisse TACITVM patet ex ministeriis
 per familiam seruis a Romanis descriptis innumeris, quae expli-
 cant LAVR. PIGNOR. d. seruis et POPMA d. operis seruo-
 rum. In vtrosque seruos ius vitae ac necis exercebant seu
 iurisdictionem domesticam, cum herilis imperii ea fir ratio
 et natura, vt dominus in actiones quoque serui et delicta ani-
 maduer-

ture et lege
belli

notatur Gail-
lius et Alexan-
der ab Alexan-
dro.

ex aleae iactu-
ra serui per
commercium
tradebantur,
reliqui operas
praestabant ru-
sticas.

Tacit. Annal.
lib. 12. c. 25.

Iurisd. & ius do-
mestica in v-
trosque.



§ SECTIO I. DE HISTORIA SUCCESSIONIS

Luius ratio et
differentia a
Romana,

mauerat, v. PYREND. *d. O. H. et C. L. 2. c. 4. §. 3. et lib. 6. c. 3. §. 4. de l. N. et G.* Sanius tamen ac aequitati convenientius quam Romani, quorum hac ex parte fauicium superius perstrinximus. Praeclarum hac de re TACITI *c. 25.* est testimonium: *Verberare seruum ac vinculis et opere coercere, rarum: occidere solent, non disciplina et seueritate, sed impetu et ira ut inimicum, nisi quod impune,* quo (vt solet caeteroquin integro hoc libello Germanorum mores cum Romanis contendere,) fauicium illam, qua quodcumque delictum, si placeret domino, cruce et mortis periculo expiatur, haud obseure Romanis exprobrat, quippe cuius aeuo. (floruit enim sub Traiano, v. *de mor. Germ. c. 37.*) D. ANTONINI, quam superius commemorauimus, constitutio nondum emanauerat. Verberare enim seruum, opere et vinculis coercere atque ita castigare solebant, rarius vero occidebant, et ubi occidebant, non *disciplina et seueritate*, vt apud Romanos inualuerat, quibus seuiora quaeque, vt cibum adurere, mensam euertere, dicto tardius audientem fuisse, cruce aut flagellis ad minus expiabantur, v. PIGNOR. *de seruis p. 9.* sed vt *hostem et inimicum*, ira et impetuecabant, ubi securi non amplius erant domini, adeoque merito eodem in eos iure impune occidendi vterentur, quod in *hostem* licere nemo ambigit. Quem ego quidem sensum in tot ac tantis tormentis, quae locus hic TACITI passus ab interpretibus, genuinum credo.

Post Tacitum
sub Merovin-
gis constitue-
bantur belli
iure.

§. 5. Crescente deinde ex his Germaniae gentibus, de quorum moribus et seruis in commune haec disseruerat TACITVS, ad inuidiam vsque et iugum reliquarum Francorum imperio, creuit quoque seruorum inter Germanos multitudo. Quas tamen gentes belli iure superabant, easdem communi gentium iure seruitute quoque sibi obnoxias reddebant, vnde THEODORICVS Ostrogothorum Rex in *epistola ad Luduichum seu Clodouacum ap. B. RHENAN. rer. Germ. L. 2. p. 86. 87.* mitius tractari cupiens Alemannos, foedere sibi iunctos, *sufficiat*, inquit, *innumerabilem nationem partim ferro, partim*

partim *seruitio subiugatam*. Quae quidem calamitas non demum e clade famosissima illata nalcebatur, vt B. RHENANVS *Res. Germ.* VADIANVS *ant. Alemann. L. 2.* GOLDAST. *T. 3. rer. Alem. p. 56.* LEHMANNVS *in Chron. Spir. L. 2. c. 20. p. 80. et 81.* (cuius tradita repetunt MEIVS *dom. Zustand und Abforderung der Bauern Q. 2. n. 22. p. 7.* et HARPRECHT *d. Iure mortuorum c. 3. p. 19.*) venditant, sed iam ante et post cladem quoque hanc, et Romanas prouincias et conterminas Germaniae gentes, quas subiugarant Franci, excepit, vt perfruadent illorum temporum bella, de quibus vid. B. RHENANVS *et L. salica*, quae ante hanc cladem in ipsa adhuc Germania a Francis condita conuicitur. vid. CONRING. *d. Orig. l. Germ. c. 7.* Illust. Leibnit. *Disq. de Orig. Francor.* Non casatorum enim et ministerialium meminit *T. XI. §. 6.* Ed. HEROLD. *Si quis maiorem infestorem, scantionem, marischalcum, stratorem, fabrum ferrarium, aurificem seu carpentarium, uinorem vel porcarium vel ministerialem furauerit aut occiderit.* Recte enim HERTIVS *dis. de hom. propriis T. 2. opusc. f. 1. §. 2.* colligit, distinctionem hanc seruorum in *casatos* et *non-casatos*, quia iam recedebat a praefcis Germaniae hac ex parte moribus (de quibus TACIT. *c. 25.* *Caeteris seruis non in nostrum Romanum morem utuntur*, & paulo post: *Cetera domus officia uxor et liberi exequuntur*) demum inuectam, cum insigni multitudine seruorum tot Francorum bellis sub iugum missa inualuisse. Non vero haec belli iure solum sub Merovingis seruitus constituebatur, sed *delictis* quoque et *paetis* spontaneis. *LL. Alem. L. 1. 38. edit. Lind. die dominico nemo opera seruitia praesumat facere, quia hoc lex prohibuit, et sacra scriptura in omnibus contradicit, si quis seruus in hoc vitio inuentus fuerit, vapuletur fustibus, liber autem corripatur usque ad tertiam vicem. Si autem post tertiam correptionem in hoc vitio inuentus fuerit, et Deo vacare die dominico neglexerit, et opera seruitia fecerit, tunc tertiam partem de hereditate sua perdat. Si autem super haec inuentus fuerit, ut diei dominico honorem non impendat, et opera serui.*

seruilia fecerit, tunc coactus et conuictus coram Comite, ubi tunc Dux ordinauerit, in seruitium tradatur: et quia noluit Deo vacare, in sempiternum seruus permaneat. Idem in LL. Baiuu. T. 6. c. 3. Si minores personae sunt, quae se illicita conuictione polluerunt, careant libertate, seruis fiscalibus adgregentur. Adde T. 2. c. 1. cuius obnoxiationis formula est inter MARCVLFI form. n. 16. p. 446. BALVZ. Cap. T. 2. LL. Frisior. T. II. Si quis liber homo spontanea voluntate vel sorte necessitate coactus nobili seu libero seu etiam liti in personam et in seruitiam liti se subdiderit. Et L. Alem. n. 1. Si quis liber res suas vel semetipsum ad ecclesiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei, non Dux, non Comes, non ulla persona, sed spontanea voluntate liceat Christiano homini Deo seruire.

§. VI. Seruorum horum sub Merouingis statum et iura exposituri, ad IV. maxime capita, omnem hanc tractationem redigemus, ita, vt 1) de diuisionibus seruorum sub Merouingis 2) de iure dominorum in eosdem 3) de iure seruorum, quatenus in Germaniae republica liberis et libertis contradistinguebantur, 4) de manumissionibus eorundem pauca, et ea maxime, quae moderno seruorum statui Germaniae lucem afferunt, disseramus. Quoad diuisiones seruorum et variegenera, amplissima hac de re est POTGISER I. c. L. i. c. 3. secundum Alphabeti ordinem, quo Lectorem remittimus, tractatio. Nobis, quae institutum nostrum propius tangunt, delibanda iam sunt. Auctae seruorum multitudini deberi diuisionem seruorum *incasatos et non casatos*, seu *ministeriales* praemissimus iamiam. *Ministeriales* itaque exsequiebantur domus officia et ministeria, a quibus varia sortiebantur quoque nomina, vt apparet ex LL. Sal. T. II. LL. Alem. T. 79. et CANGIO in Gloss. voce *Seruus*, atque formulis Marculfi, v. L. 1. n. 32. BALVZ. T. 2. p. 391. et 392. L. 2. n. 3. 6. 16. p. 426. et BIGNON, not. ad easdem 16. p. 906. GASINDI nuncupantur, vnde sine dubio ad famulos nostros conductitios profluxit nomen *Gesinde*, et LL. Longob. L. 1. tit. 8. diligenter a *Seruis rusticianis*

ex pacto.

Diuisio et genera seruorum sub Merouingis.

in casatos seu rusticos et non casatos seu in ministeriales et domesticos. Ministeriales seu non casati quinam? Vnde voc. *Gesinde*.

sicanis distinguuntur, v. et diploma ap. VADIAN. l. 2. in
 GOLDAST. *Script. rer. Al. T. 3. p. 36. casati, qui et coloni*
audiunt LL. Baiuu. T. 1. c. 14. de colonis vel seruis Ecclesiae
qualiter seruiant et LL. Longob. L. 1. T. 3. Serui rusticiani, Serui casati et
rustici
glebae suae et caesae adstricti et prisco Germanorum more
centum et operas dominis suis praestabant, vt patet ex char-
tan. 3. ap. GOLDAST. T. 2. rer. Alem. p. 26. et n. 36. p. 36. n. 39. p. 37.
n. 40. p. 38. atque ex pluribus aliis GOLDASTI ET VADIANI il-
lorum temporum diplomatis et donationum chartis, vt et
formulis antiquis, quas collegit BALVZIVS T. 2. quibus praed-
ictis, agris, villis, syluis et aliis, quae fert stylus istius aevi,
perpetuo mancipia iunguntur. Neque his obstat LL. Alem.
T. 9. Quicumque liberum ecclesiae (quem colonum vocant)
occiderit; quo nihil aliud euincitur, quam quosdam colono-
rum liberos fuisse; cum alibi in LL. Baiuu. T. 1. c. 14. diserte
serui nuncupentur, et praeterea in LL. Alem. T. 23. §. 1.
in censum seruorum Ecclesiasticorum coloni coniciantur,
sequentium quoque temporum monumenta, vt inferius
tradimus, vt plurimum seruilem illis tribuant conditionem.
 Vnde omnino errat VADIANVS ap. GOLDAST. T. 2. p. 44. Notatur Vadi-
 ubi ad diploma donationis ita commentatur; *casatorum et*
casalium saepe meminere chartae: qua voce, ni fallor, liber-
tini generis homines et coloni intelliguntur, qui conductum
inhabitabant. Reclamat enim ipsi ipsum hoc diploma, ad quod
commentatur, quo non solum casati eum campis sed eorum
liberi quoque donantur. Restat altera seruorum huius aevi
non minus frequens in LL. Alem. Baiuu. Longob. et Wisigoth. In regio seu
distinctio in regios seu fiscalinos, ecclesiasticos et priuatorum
vid. decret. CHILDEBERTI A. 595. ap. BALVZ. T. 1. p. 20. fiscalinos et coloni
n. 13. Si serui Ecclesiarum aut fiscalini furtum aduaserint, si- priuatorum.
milem poenam sustineant, sicut et reliquorum serui Francorum.
 Quodlibet horum seruorum genus diverso quantum in alios
 iure utebatur, quod paulo post declarabimus. *Fiscalini re-*
gis erant vel bello vel lege quaesiti, ubi delictis certis seruitus
imminebat, v. LL. Alem. T. 38. Baiuu. T. 6. c. 1. et c. 3. Ec-
clesiastici

Seraorum Ec-
clesiasticorum
multitudo.

clesiastici ecclesiarum, donationis, venditionis, permutationis titulo acquisiti, quorum insignem fuisse multitudinem loquitur infinitus chartarum et instrumentorum numerus. Tantum enim aberat, ut clerus tunc temporis seruitutis rigorem vel plane sustulerit, vel saltem temperauerit, ut potius mancipiorum fuerit scientissimus, atque discendi studio nihil prius haberet. Testantur hoc ipsum α) elogia et laudes Episcoporum atque praefectorum ecclesiae in vitis eorundem a cucullatis hominibus passim compilatis, quarum omnem ferme materiam conficiunt mancipiorum praediorumque acquisitiones; probat β) fauor legis publicae in prioribus *tit. LL. Alem. et Boioar.* et passim, quem iuri suo in seruos atque acquisitionibus eorundem conciliauerat; confirmant denique γ) artes, quibus utebantur, rarior scilicet penes clerum seruorum manumissio, *LL. Alem. T. 20. Nullus presbyter, nec aliquis pastor ecclesiae potestatem habeat vendendi ecclesiasticam terram, nisi contra aliam terram, nec mancipium, nisi contra aliud mancipium receperit, et cap. Lud. II. apud BALVZ. T. 2. p. 366. Quapropter episcopi liberos ex familia ecclesiae ad condemnationem suam facere, non praesumant, et si fieret, valde tamen restricta, nec ab omni nexu seruili manumissos eximens, v. VADIANVS ap. GOLDAST. T. 3. p. 56. conf. Illustr. THOMAS. Diss. de iure dandae Ciu. stat. Imper. §. 19. 20. Imo et persuasio accessit, qua, Laicis pro animae pretio et remedio, ut habent illorum temporum monumenta, seruos manumittendos esse, vid. *Formul. LINDEN. ap. BALVZ. T. 2. p. 538.* et quidem in Ecclesia, diligenter inculcabant, qua manumissione non solum tuitionem et iurisdictionem in manumissos, v. *LL. Ripuar. T. 58. §. 1.* sed et iura succedendi in bona manumissi absque liberis discedentis v. *ibid. §. 4.* censum quoque a manumissis consequebantur *ibid. §. 1. v. charta 5. ap. GOLDAST. T. 2. p. 27.* Quo pertinent flosculi, qui formulis hanc in rem confectis praemitti solebant. Priuatorum denique erant serui et mancipia, qui a priuatis potissimum commercio et patris acquirebantur.*

§. VII,

§. VII. Aequalia tamen et eadem in seruos hos, genere diuersos, domini exercebant iura, consistentia, (1) in operis exigendis, quae ita describuntur LL. Alem. T. 22. *Ancillae autem opera imposta sine neglectu faciant. Serui dimidium sibi, et dimidium in dominico aratinum reddant. Etsi super haec est, sicut serui ecclesiastici ita faciunt, tres dies sibi, et tres in dominico.* Similiter in Baiuu. T. 1. c. 14. *De colonis et seruis ecclesiae, qualiter seruiant, §. 2. Andeeingas legitimas, hoc est, pericam* (conf. LL. Longob. L. 1. T. 25. c. 30.) *decem pedes habentem, quatuor pericas in transuerso XL. in longo arare, seminare, claudere, collegere, et trahere; A tremisse vnusquisque accola ad duo media sationis excollegere, seminare et recondere debeant. Et vineas plantando claudere, fodere, propaginare, prouidere, vindemiare §. 4. Parafredos* (v. PITHOEI Gloss. ap. BALVZ. T. 2. p. 756. et LINDENBROGII Glossas sub hac voce) *donent, aut ipsi vadant, ubi eis iniunctum fuerit. §. 5. Angarias* (v. LINDENBROGII Gloss. sub voce hac) *cum carro faciant, vsque L. leugas* (v. LINDENBR. Gloss. sub hac voce) *amplius non minentur. §. 6. Ad castas dominicas stabulare, focnile, granicum vel tuninum recuperandum peditur asrationales accipiant, et quando necesse fuerit omnino componant §. 7. Calcifurnum ubi prope fuerit, lignum aut perras L. homines faciant, ubi longe fuerit L. homines debeant exire, et ad civitatem vel ad villam, ubi necesse fuerit, ipsam calcem trahant; opera vero tres dies in hebdomada in dominico operet: tres vero sibi faciat. Si vero dominus dederit ei boues aut alias res, quas habet tantum seruiat, quantum ei per possibilitatem impositum fuerit, tamen iniuste neminem opprimat. Ea enim erat et olim Germanicae seruitutis ratio, vt relinquere tur seruis, vnde semetipsos sustentare poterant, quo penes Romanos opus non erat, quippe qui ab ipsis dominis aclebantur, et ita quoque quicquid acquirebant, domino acquirebant, (II.) In censu et tributis fructuum aequae ac certae*

Ius domo-
rum
In exactione
operarum

in censu.

pecuniae summae. Huc collineat LL. Alem. T. 22. Serui ecclesiae tributa sua legitime reddant. XV. scilas de cervisa, porcum valentem tremisse vno, panem, modia duo, pullos quinque, oua XX. Similiter in LL. Baiuu. T. 1. c. 14. §. 1. de colonis vel seruis ecclesiae qualiter seruiant, vel qualia tributa reddant, hoc est agrarium secundum aestimationem iudicis, prouideat hoc iudex, secundum quod habet, donet. De triginta modis, tres donet, et pascuarium desoluat secundum usum provinciae, §. 3. Reddant decimum fascem de vno, De apibus decimum vas pullos IV. oua XV. reddant. Iunge chartam 41. 42. GOLDAST. T. 2. p. 38. maxime 88. p. 54. (III) In alienatione seruorum cum et sine praedio. Libere enim, modo non extra prouinciam, vendebantur. Testatur hoc L. Alem. T. 37. Mancipia foris prouinciam nemo vendat, nec in paganos, nec in Christianos, nisi iustis ducis fuerit. Infra prouinciam, vbi necessitas est, vnusquisque de mancipio suo potestatem habebat secundum legem iudicandi, conf. T. 20. ei. LL. et LL. Bai. T. 15. c. 6. et 9. cuiusmodi venditionis formula extat sub n. 22. L. 2. formul. MARCVLEI, v. Baluz. T. 2. p. 419. cum praediis vero seruorum venditiones hoc aequo frequentissime celebrabantur, in chartis GOLDASTI l. c. Permutabantur quoque, quo pertinet, T. 20. LL. Alem. Nullus Presbyter nec alius pastor ecclesiae potestatem habeat vendendi ecclesiasticam terram, nisi contra aliam terram, nec mancipium nisi contra aliud mancipium receperit. Et si concambium fecerit, aut de mancipio, aut de terra semper epistolam firmitatis faciat. Oppignorabuntur v. LL. Alem. T. 85. et LL. Fris. T. 9. §. 1. 2. in e et noxae dabantur. LL. Sal. T. 37. §. 8. Si seruus ingenium hominem occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis hominis occisi parentibus tradatur, et aliam medietatem dominus serui, se nouerit soluturum &c. Similiter in LL. Baiuu. T. 6. c. 9. Si seruus cum libera fornicauerit, et hoc repperitum fuerit, ille cuius seruus est reddat illum parentibus eius ad poenam, quam meruit inueniam, vel ad interficiendum, et amplius nil cogatur exsoluere, quia talis

in alienatione
cum et sine
praedio
vendebantur.

permutabantur,

oppignorabantur porro
noxae dabantur.

lis praesumptio excitat inimicitias in populo (IV) in vindican-
dis seruis fugitiuis, quod summo rigore exercebant, v. LL.
Sal. T. 41. Alem. T. 21. et 85. et 87. conf. appendix formul.
 MARCVLFI apud BALVZ. T. 2. p. 938. n. 1. 3. 4. et 5. (V) in di- in castigatio-
sciplina castigandi coercendiq; vitae necisq; iure, quod dominis ne et coerci-
horum temporum legibus ademptum non reperio. Neque id tione.
 probant textus a POTGISERO L. 2. c. 14. citati, qui vel de seruo
 alieno occiso eiusdemque compositione agunt, vel vbi de ser-
 uo proprio, sine iudicis cognitione occiso, disponunt, recent-
 tioris aevi sunt. (VI) Tandem quoque in *bonis seruorum*, quo
 iure gentium utebantur, quantum licebat per seruorum Ger-
 maniae indolem, quorum successoribus tantum omnino re-
 linquendum erat, vt domino seruitia et operas praestare pos-
 set. Conueniens enim erat, vt qui *proprietaem* in personam
 habebat, eandem quoque in bona eius sibi vindicaret. Atque
 ideo LL. Angl. sancitum est seu Thuring. T. 13. libero homini
 haereditatem suam, cui voluerit, tradere licere, et LL. Sal.
 T. 28. §. 1. *Si quis lidum alienum sine consilio domini sui an-*
te regem suum per denarium ingenuum dimiserit, res ipsius ludi
legitimo domino restituendas esse. Et Tit. 42. capitale, vt lo-
quitur lex, in furto dominum serui restituere teneri conf. L.
Rip. T. 26. et 28, 29. denique L. Bai. T. 15. c. 16. Si quis ser-
uum vendiderit, et forsitan eius nesciens facultates, quas ha-
bebat, dominum eius potestatem habere, qui eum vendidit, re-
quirendi res eius, ubicunque inuenire poterit, et c. 7. Si
quis seruus de peculio suo fuerit redemptus, et hoc dominus e-
ius forte nescierit, de domini potestate seruum hunc non ex-
ire, quia non pretium, sed res serui, dum ignorabat, ac-
ceperit.

S. VIII. Status seruorum, quatenus in republica Ger-
 manica *libertati* opponeretur, acerbius paulo erat. Primum
 enim in iniurias ipsis a liberis illatas leuiter animaduertebatur.
 Passim habent LL. *Sal. Alem. Rip. et Bai.* nisi quod serui *regii*
seu fiscalini et ecclesiastici reliquos priuatorum in composi-
 tionibus pro iniuriis ipsis illatis antecederent, vid. LL. *Ripuar.*
 T. 8, tur.

Status seruo-
 rum quoad
 rem publicam
 Germaniae.
 iniuriae libe-
 rorum in ser-
 uos leuiter
 vindicaban-
 tur.

T. 8. 9. 10. LL. Alem. T. 8. 9. et 79. a seruis vero et paribus forte illatae vix censura dignae reputabantur. Ita enim LL. Ripuar. T. 23. *Quod si seruus seruum ictu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est; sed tamen propter pacis studium tremissem id est IV. denarios componat.* Deinde horum iniuriae, quas in liberos commiserant, grauitur vindicabantur, quod ex collatione poenarum, quas communi vitio huius aevi LL. Salica Alem. Baiuu. Ripuar. speciales nimis constituunt, liquet. Subiiciebantur tormentis, quibus in delictis alias liberorum Germanis confessionem exprimere, insolitum et incognitum erat hoc aeuo, vsque dum sequiori aeuo sensim succederent in locum probationum vulgarium, vid. Ill. THOMAS, not. ad ff. T. de quaelionibus, et diss. de occasione et conceptione constituit, crim. Carolinae § 21. LL. Sal. tit. 42. §. 1. *Si cuius seruus de furto fuerit interpellatus, si talis causa est, unde ingenuus DC denar. qui faciunt sol. XV. componere debeat, seruus super scamnum tensus CXX ictus accipiat.* Item §. 2. *Si vero antequam torqueatur, fuerit confessus, et domino eius ita placuerit, CXX. den. qui faciunt sol. 3 pro dorso suo reddat et capitale, dominus serui in locum restituat.* Clarior adhuc et lepida est tormentorum explicatio, eiusd. tit. §. 8. *Si autem seruus de quolibet crimine inculpatus fuerit, et dominus serui ipsius praesens adfuerit, ab eo, qui repetit, admonetur, ut seruum suum ad iusta supplicia dare non differat. Et qui repetit, virgas paratas habere debet, quae in similitudinem minimi digiti grositudinem habeant, et scamnum paratum habere debet, ubi seruum ipsum tendere possit, conf. LL. Bai. T. 8.*

Manumissio
seruorum sub
Merouingis.
haec ratione
modi triplex.
per denarium
seu secundum
legem Sali-
cam,

§. IX. Seruili acerbitati tandem ex manu missione solatium datum, quam vt gentibus communem a priscis Germanis traxerunt, penes quos teste TACITO, c. 24. liberti non multum supra seruos erant. Christianis postmodum sacris iniuncti Germani triplicem frequentabant manumittendi modum: secundum legem Salicam secundum legem Romanam, et per epistolam. Manumissio secundum legem Salicam per excusationem vel iacta-

inactationem denarii de manu ante regem, v. L. Rip. T. 57. §. 1. T. 58. §. 1. et 62. quae successionem fisco regio in bona eiusmodi manumissi absq; liberis descendenti tribuebat, eod. §. 4. cuius formula est in L. 1. form. Marc. ap. BALVZ. T. 2. p. 387. conf. PITHOEX Glossas LL. Sal. ib. p. 690. Secundum legem Romanam vero, qua in Ecclesia seu
ex Codicis Theodosiani dispositione in Ecclesia coram cuncto clero ac plebe seruus cum tabulis, quibus voluntas manumittendi declarabatur, in manu Episcopi a domino tradebatur, secundum legem Romanam hoc est manumissionis scribebantur, ita vero manumissi sub tuitionem Ecclesiae veniebant, LL. Rip. T. 40. atq; si absque liberis discederent, Ecclesiam relinquebant heredem, T. 38. LL. Rip. Formulas quasdam huius collegit laudatus POTGISERVS L. 3. c. 2. §. 6. quibus adde illam in formulis LINDENBROG. ap. BALVZ. T. 2. p. 540. Per epistolam seu chartam, per epistolam
qua absque solemnitate et strepitu sola Domini manumittentis voluntate per chartam et epistolam declarata, serui manumittebantur, quarum formulas quasdam exponit BIGNON, ad Marculf. form. p. 945. et 946. qualis est quoque, quae in App. Marculfi sub n. 13. BALVZ. T. 2. p. 444. comparet. Quae si separari potest a manumissione in ecclesia et per tabulas, quod negat Illustr. THOMAS, in diss. de distinct. person. in ingenuos et libertos c. 2. §. 11. egregie conueniret cum ea, quae hodie adhuc vsu frequentatur, manumissione hominum propriorum per codicillos. Plura de manumittendi modis signisque adhibitis vid. apud POTGISERVM L. 3. fere toto. Quaeque manumissionum memoratarum vel plena fuit vel minus plena. Plenam pauci consequebantur, minus plenam plurimi. Manumissi enim secundum legem Salicam ingenuitate reliquorum mansuariorum donabantur, v. MARCVLEI l. c. form. 22. BALVZ. p. 387. qui centum regi de mans seu fundis suis persoluebant, v. BIGNONIVS ad Marculf. form. ib. p. 906. unde bona censitica deriuat Illustr. THOMAS. l. c. c. 1. §. 15. Secundum legem Romanam vero et per epistolam manumissi non raro ad operas quasdam a dominis reservatas, et seruili quo-

*in Ecclesia seu
 secundum legem Romanam*

per epistolam

conuenientia cum moderno modo manumittendi, ratione solutionis a nexu seruili vel plena

C

quo;



quodam adhuc nexu tenebantur, v. *Append. MARCVLT. form. 13.* apud *BALVZ. p. 445.* ibi: *et nulli haeredum ac Prohaeredum meorum nullum impendat seruitium libertinitatis &c.* v. *Illustr. THOMAS. l. c. §. 17.* Regulariter quoque omnes liberi nec ante haereditatem acquirebant, quam ad tertiam generationem peruenissent, nec ad testimonium prohibendum admittebantur. *IDEM ibid. §. 19.* conf. *POTGIENSIS L. 3. c. 10. et 11.* et *LEHMAN. Chron. Spir. L. 2. c. 20. p. 85.* Quam manumissionum diuersitatem primum inter rusticos homines discrimen ac differentiam inuexisse arbitror.

Tota et status seruorum sub Carolingis. modus constituendi iure et lege belli.

Distinctione seruorum in casatos seu rusticos et non casatos. In fiscalinos, Ecclesiasticos et priuatos.

§. X. Extinctis Merouingis siue desidia siue Maiorum domus iniuria Carolingi succedebant, qui cum in *PIPINO* et *CAROLO M.* in proferendis imperii sui finibus Martis potissimum aleae confiderent, seruorum Germaniae numerum non minutum, vt factum fabulantur nonnulli a *CAROLO M.* vid. *HERTIUS S. 1. §. 1. l. f.* sed auctum fuisse credendum est. Quod quamuis, Saxonibus a *CAROLO M.* deuictis ac seruitio traditis, quos *HERTIUS S. 7. §. 1.* huc assert, probari commode non possit, quod neque cum iis, qui pro Saxonum libertate ac cum Francis vnione, (inter quos est *CONRING. de Germ. Imp. Rom. c. 30. §. 25. C. S. SCHVITZFLEISCH in diss. de Weickindo. M. §. 13. l. c. H. A. MEINDERS in Diss. 1. d. Iuris d. Colonaria p. 22. POTGIESER l. c. L. 1. c. 2. §. 24. seqq.*) locis potissimum *ECINHARTI* et *POETAE ANONYMI* digladiantur, nec cū aliis qui seruitute depresso multis adstruere tentarunt, inter quos *GRYPHIANDE de Weichbild. Sax. c. 24. 25. et 27.* et *RHETIVS in Institut. Iur. publ. L. 1. T. 2. §. 70. et 82.* ex communi tamen victorum in deuictos iure, quo et alias *CAROLVM M.* et successores vsos fuisse probant monumenta, declaratur.

§. XI. Sed non est, cur his immoremur, cum ius, quo sub Carolingis utebantur, serui eorundemque constitutio susceptam demonstrationem abunde iuuent. Distinctionis enim seruorum *in casatos et non casatos*, vt et in *fiscalinos, ecclesiasticos et priuatos* hac periodo vsus euincit capitular.

L. 7. c. 212. et 367. ex edit. LINDENBROG. et L. 4. c. 2. 3. VTET
 locus Chronici Osnabrugensis T. 2. Script. rer. Germ. MEIBOM.
 p. 202. Imperator Arnulfus ad eundem episcopatum tradidit
 beneficia comitis Allonis cum famulis et mancipiis. conf.
 HARTIVS §. 2. Neque remisisse priscum iuris dominici ri-
 gorem ex c. 113. L. 1. quo seruorum tondendorum modus
 statuitur, ne villae desolentur, colligo, cum seruos pluri-
 mos cucullam et monasticam vitam amplexos fuisse, quo ser-
 vitutis duritiam paulisper emollirent, et effugerent, pro-
 babile sit, v. B. RHENAN. rer. Germ. L. 2. p. 93. et ex cap. 41.
 et 44. L. 2. BALVZ. T. 1. p. 749. quibus in exigendis operis ac
 tributis dominorum inclementia notatur. Operae adhuc
 secundum agros aequae possessionem exigebantur, quarum de-
 finitio est in c. 151. L. 5. vendebantur, permutabantur, dona-
 bantur, quod docent chartae, et diplomata apud GOLDAST.
 T. 2. n. 22. 23. 24. 46. 56. 69. 81. VADIANVM l. c. p. 53. et III.
 LEIBNIT. Scriptor. rer. Brunsvic. T. 1. in actis Ludgerip. 108.
 n. 18. 19. Noxae dabantur L. 4. cap. 2. et 3. nec iure contra-
 hendi sinebantur, L. 5. cap. 154. nec propria possidebant, L. 5.
 c. 206. durissimum patiebantur castigationis dominicae exer-
 citium, ex L. 6. c. 11. Qui percusserit seruum suum vel ancillam
 lapide vel virga, et mortui fuerint in manibus eius, reus e-
 rit, si autem uno die supervixerit vel duobus, non subiacet
 poenae, quia pecunia eius est. Ius vitae ac necis tamen do-
 minorum ad scientiam iudicis ob abusum forte adstringeba-
 tur. Addit. 4. Cap. 49. Si quis seruum proprium sine con-
 scientia iudicis occiderit, excommunicatione vel poenitentia bi-
 ennii reatum sanguinis emendabit, conf. hic EXC. HEINECCI
 diss. de orig. et indole iurisd. patrimonial. §. 16. adde cap. Car.
 M. ap. BALVZ. T. 1. p. 251. quo quaedam iurisdictionis domini
 in seruos tribuitur. Nec sine consensu domini matrimoni-
 um inibant, ex cap. Car. M. ap. BALVZ. T. 1. p. 351. n. 14. con-
 iugia seruorum non dirimantur, etiamsi diuersos dominos ha-
 buerint; sed in uno coniugio serui permanentes dominis suis
 seruiant. Sic tamen ut ipsum coniugium legale sit et per vo-

tus seruorum
 quatenus in
 republica con-
 tra distingue-
 bantur liberis.
 corquebantur.
 poenas durio-
 res perferre-
 bant.
 a testimonio
 dicendo repe-
 lebantur.
 Statum serui-
 lem indistincti
 ad liberos
 tranfmitta-
 bant.

dignitatum
 incapaces cen-
 sebantur.

manumisso
 sub Carolingis

quis manu-
 missorum sta-
 tus

*luntatem dominorum suorum iuxta Euangelium; Quos Deus
 coniunxit, homo non separet.* conf. addit. 3. cap. 54. ap. eund.
ib. p. 1166. Quatenus vero liberis in republica Germanica sub
 Carolingis status eorum opponebatur, acerba non minus
 conditio, vt tormentis subicerentur v. *L. 5. cap. 200.* in poe-
 nis perpetuo durior ipsorum existeret conditio, v. *L. 5. cap.
 7. et 190.* et *BALVZ. T. 2. p. 330.* ad testimonium quoque di-
 cendum plane essent inhabiles *L. 6. caput 144. et 5. c. 150.* con-
 iugia eorum insigni onere adhuc grauarentur, *cap. Ludou. II.
 ap. BALVZ. T. 2. p. 362.* vt libero patre, matre serua nati ser-
 uis accenserentur sub **CONRADO I. V.** Diploma ap. **GOLDAST.**
T. 2. p. 26. n. 2. cum in genere Germaniae **LL.** et maxime hoc
 aeuo locis complurimis in eo conueniant, vt in seruis partus
 ventrem sequatur, quod et iuri gentium maxime conuenit,
 (quamuis liberis, qui seruas sibi iungerent, eatenus faueret,
L. 3. c. 16. vt nec ab haereditate paterna nec testimonio repelle-
 rentur. conf. **POTGISER L. 2. c. 1.**) dignitatum quoque omni-
 um incapaces reputarentur, id quod liquet ex *form. 8. app.
 MARCVLF. Baluz. T. 2. p. 439.* et **LINDENBERG. 16. n. 101.
 p. 540.** quin ab ipsis dominis seruorum, Episcopis et clericis,
 ordinari non poterant serui, nisi manumissi secundum legem
 Romanam in ecclesia, vid. excerpta ex codice Regiae Bibl.
formula XII. poenitentiaria, **BALVZ. Tr. 2. p. 1364.** quo pres-
 bytero seruo, qui sciente nec contradicente nec requirente do-
 mino ordinem susceperat, poenitentia, vt hic vocatur, salutaris
 iniungitur. In manumissionis modis ac iure sub Carolingis
 nulla a priscis institutis diuersitas, v. **GOLDASTI diplomata
 T. 2. n. 6. 7.** vt et **VADIANI** illud *p. 54.* Raro sane et hac pe-
 riodo plena dabatur libertas, vnde *L. 6. c. 159. ap. BALVZ.
 p. 949. et 983.* a testimonio adhuc manumissi excluderentur,
 centumque perfoluebant adhuc, v. **GOLDAST, diplom. p.
 27. n. 5.** In vniuersum autem manumissio ex manumittentis
 beneplacito legem accipiebat hoc aeuo, vnde tot hominum
 ruralium differentiae profectae.

§. XII. Seruorum Germaniae successionem et iura ad extinctum vsque Carolingorum in Germanos imperium duximus, ex quo cum Imperatorum Regumque Germaniae successiones ad certas periodos atque familias redigi commode vix possint, iuxta seculorum seriem repetenda est eorundem conditio. Sec. itaque Xmo multum quidem decessit seruorum Germaniae multitudini ex HEINRICI Aucupis vrbes condendi consilio, de quo WITICHINDVS in *Annal. C. 1. in MEBOMI scr. rer. Germ. p. 539.* Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens in urbibus habitare fecit, ut caeteris consamiliaribus suis octo habitacula exstruerent, et meterebant, frugesque colligerent nono, et suis eas locis reconderebant. Accessit tamen sub eodem nouum quoddam seruorum Slauorum genus. Perpetuo bello extinctis Carolingis, quorum imperium diu ante excusserant, Henricos, Ottones, Lotharios, Conrados, Fridericos fatigasse Slaui certum est, ex iis, quae WITICHINDVS, DITMARVS, HELMOLDVS consignarunt monumentis. Varia vtriusque fortuna pugnatum, publica Slaui calamitas, priuatae causa. Duriori enim gentis ceruici sine acerbissima seruitute, a qua seruilis conditionis homines secundum excellentiam SLAUI audiunt, POTGISERO L. 1. c. 3. §. 57. et 58. et HERTI O cit. l. §. 5. obseruantibus, imperari non poterat, vnde Slaui, borealem tractum tenentes, sub HEINRICO Aucupe, eiusque successoribus tributis per aratrum, quem modum hodiernum vigere inter Holsatos notum est, seruitiisque ruralibus onerabantur v. HELMOLDI *Chronicon Slauium* L. 1. c. 12. 14. 15. et 26. Idem euenit sub HEINRICO II. et OTTONE M. *Lusici, inferioris et superioris modernae Lusatae quondam gentibus.* De HEINRICO enim DITMARVS in *Chron. Martish. apud LEIBNIT. in Script. rer. Brunsvic. T. 1. p. 327.* Ex ea natilenos suae subacti aditioni censum persolvere coegit. Vrbs quoque Lebus (quod III. LEIBNIT. ex MSCO ibid. restituit Lubuznam, adeoque Bauhen exprimere videatur, quae coniectura confirmatur loco DITMAVI lib. 6. l. c. p. 379. ipse vero cum Boiemorum duce

Iura et status
seruorum in
Germania
Sec. X.

modus censu-
tuendi.

Aucta seruitus
denicis Slaui
in septentrio-
nalibus parti-
bus.

in Lusacia

nono Milzenos, qui eum sibi fuere proximi, terminos adiens, Budisiam urbem possedit, de qua in posterum latinus disputaturus sum; diu possidens, urbem in munitiuncula infra eandem positam fugere et deditio fieri compulsi. De OTTONE M. testis est WITICHINDVS in Annalibus lib. 3. apud MEIBOMIVM T. 1. p. 660. Ea quoque tempore Gero praefes Sclauos, qui dicuntur Lusici, potentissime vixit et ad ultimam seruitutem coegit. De Lusitiae inferioris praecise incolis haec accipienda esse, quidem negari posset ex coniectura de interpretatione vocis huius, SCHVRTZELEISCH in *diff. de Lusit. §. 5. in not.*; nisi eidem coniecturae minus fauere loca WITICHINDI *Annal. lib. 3. apud MEIBOM. T. 1. p. 417. et not. in Annal. Wit. tit. 1. p. 703. ut et Diemari in Chron. Martisburg. lib. §. 1. c. p. 366. si conferantur cum iis, quae lib. 6. p. 379. lib. 6. p. 381. et 384. tadantur. Sed reuertor ad seruos Germaniae per hoc seculum, Fiscalinorum, seu regiorum, ecclesiarum et priuatorum seruorum adhuc discrimen discrete prodit diploma OTTON. M. d. 970. apud SAGITTARIUM de antiquit. Magdel. item diploma eiusdem apud MEIBOM. T. 1. p. 740. et chartae, quas idem exhibet in notis ad Rhosvith. *Paneg. T. 1. p. 727. et in Annal. Gernrodens. T. 2. p. 417. Variant eorundem nomina, mancipiorum, litorum, Sclauorum, colonorum, v. diplom. Otton. apud MEIBOM. l. c. p. 741. et sub Otton. III. in vita Ebern. v. varda Episcopi Hildesensis ap. ill. LEHENIT. T. 1. verum Brunsvicens. p. 445. ut et diplomata Gaudersheimensia ibid. T. 2. p. 375. Sed eadem omnium seruilis conditio. Praeter bellicam captiuitatem, de qua paulo ante, frequentissime propria constituebantur deditione. OTTO M. in diplom. apud MEIBOM. T. 1. p. 740. Si vero aliquis ex libertis voluerit iam mundling vel litus fieri aut etiam colonus ad monasteria supra dictorum consensu haeredum suorum non prohibeatur a qualibet potestate. Iurisdictionem in hos domesticam Monasteriorum contra Iudices publicos defendit OTTO M. in cit. diplom. apud MEIBOM. p. 740. Ne nullus iudex publicus vel quaelibet iudiciaria potestas aliquam sibi vendicet potestatem**

notat to stol
 ni innotis
 innotis
 K. 102

distinctio in fi-
 scalino, eccle-
 siasticos et pri-
 uatorum.

nomina ab
 v. varda

constitutio per
 captiuitatem
 bellicam
 ex pacto.

ius domo-
 rum in coerci-
 tione.

in supra dictorum hominibus mancipiorum litis videlicet et colonis, vel eos aliquis capitis banno ob capitis furum, vel quocunque banno constringat; vel aliquam in litam facere cogat, nisi aduocatus Archi. Episcopi, quamdiu eos corrigere valuerit, quae vltima verba litis, vt opinor, innuunt, non de inuestitura cum iurisdictione sed potestate coercendi domestica, quae ex dominica potestate in seruos iure gentium fuit, capienda esse. Alienabantur cum et sine praediis, v. MEIBOM. in diplom. OTTON. T. I. p. 727. et *Annal. Gernrodens. ib. T. 2. p. 422.* Quod vero fuerit ius dominorum in bonis seruorum, declarat diploma OTTON. M. quod recitat POTGISER l. c. l. i. c. 3. p. 108. §. 36.

§. XIII. Sec. XI. HEINRICVM secundum seu sanctum Slauos Buzislao in adiutorium missos in seruitutem exercitui distribuisse legitur in vita eiusdem apud Illustr. LEIBNIT. T. 1. p. 436. Vnde et in diplomate CONRAD. H. in *annal. Gernrodens. apud MEIBOM. T. 2. p. 429.* liberis serui opponuntur. Seruorum, mancipiorum, litorum et colonorum nomine promiscue indigebantur, quod huius seculi monumenta luculenter probant. Libere alienabantur, quod liquet ex *vita MEINWERCII Ep. Paderbornensis apud Illustr. LEIBNIT. T. 1. p. 528. 599. Chron. Episc. Verdens. ib. T. 2. p. 215. Chron. Halberst. ib. p. 125. Chron. Osnabrug. apud MEIBOM. T. 2. p. 207. et Annal. Gernrod. ib. p. 430.* Quid licuerit adhuc dominis in bona seruorum, intelligitur ex iis, quae apud eundem MEIBOM. Tom. 2. p. 295. exponuntur. Iurisdictioni domesticae adhuc paruisse docet CONRAD. II. diplom. in *annal. Gernrodens. apud MEIBOM. Tom. 2. p. 206.* cui iungatur, quod ex SCHATENII *antiq. recitat POTGISER l. c. p. 203.* Seruitiorum ac operarum rationem hoc seculo explanat confirmatio HEINR. IV. Monasterii Remhusani ap. Illustr. LEIBNIT. Tom. 1. p. 705. quae seruales appellantur in *Chron. Magdeb. MEIBOM. T. 2. p. 292. 295. et 300.* vbi Caesaris HEINR. IV. militem praesidiarium liberos homines ad opus seruile, seruos vero et iumenta ad seruitia compellere, conquebantur Saxones; quae loca in genere quo-

propagata.
seruitutem et
in bona,
Sec. XI. con-
fictio seruitus
tis.

nomina ser-
uorum.

alienabantur;

ius domino-
rum in bonis.

domestica cog-
ercitio.

ratio operarum;

que

que expriment duriorem sortem seruorum, imprimis vbi Saxones HENRIC. IV. arguant seruos orasse, vt dominos suos desererent vel interficerent, ac OTTO oratione graui Saxones, quibus fertile iugum parari a Caesare aiebat, suscitatur, eiusdemque acerbitatem vrget. Haec de rusticis seu casatis stylo antiquo, Mitius iam habiti hoc seculo ministeriales seu *Gasindi*, de quibus capiendus videtur OTTO in memorata oratione ad Saxones in *Chron. Magdeb. l. c. p. 295. Serui acre parati iniusta imperia dominorum non perferunt.*

§. XIV. Seculo XII. nec nomen mutasse videntur, nec conditionem. Mancipia enim passim, serui, coloni, et *liti* vocantur. *Vid. diplomata OTTON. IV. apud MEIBOM. T. 3. p. 159.* Accessit tamen hominum propriorum appellatio, vergente hoc seculo sub FRIDERICO I. vid. HERTIVS *l. c. §. 1.* quod et liquet ex testamento OTTONIS IV., cuius chartam exhibet MEIBOM. in *apologia pro Otton. IV. T. 3. Scr. Germ. p. 140.* vbi et disponit: *Et annona, quae Aschastene ablata fuit, reddi debet hominibus et inter ipsos distribui.* De causa et ratione inuectae huius appellationis sollicitus est POTGESER. *l. c. L. 1. c. 3. §. 28.* Iura dominorum in alienatione mancipiorum testatur sub FRIDERICO I. exaratum donationis diploma in LERBECCI *Chron. Ep. Mind. ap. LEIBNIT. T. 2. p. 178.* in bona vero seruorum post eorundem decessum, quamuis manumissorum, ad tertiam vsque generationem. *Henr. V. charta apud LEHMANN in Chron. Spirensi. L. 4. C. 22. p. 306.* qua Spirensium incolas eximit a lege nequissima et nefanda, vt habet charta, videlicet a parte illa, quae vulgo *Burtheil* vocatur, quam Episcopi Spirenses ab iisdem hucusque exegerant. *vid. diploma Frid. I. ibid. L. 5. c. 64. conf. prinilegium ab eodem Wormatiensibus indultum ibid. L. 4. c. 22.* Denique quoad publicum seruorum statum nec mitius erat hoc seculum, vt patet ex FRIDER. I. 7. *constitut. apud GOLDAST. Conf. Imp. T. 1. L. 5. Miles qui mercatorem spolauerit, dupliciter reddet ablata et iurabis, quod nesciuit illum mercatorem. Si seruus tondebitur, et in maxilla comburetur, vel dominus*

pro

pro eoredat rapinam, atque eiusdem *Frid. I. Constit. de A. 1158.* apud GOLDAST. *Constit. T. 1. §. 4.* qua confirmantur, quae olim iuris inter Germanos ratione prolis ex libero patre et ancilla matre natae fuisse diximus. *Si liber homo seruum superduxerit, vel ingenua seruum, proles illa utriusque sexus matrem sequi debet et non patrem.*

propagatio
seruitutis et
proprietas

§. XV. Ad seculum XIII. properamus, quo seruos Germaniae homines proprios effert constitutio *Frider. II. de A. 1212.* citata a SCHILTERO in *institut. iur. publ. T. 2. p. 119.* ut et diploma apud eundem *Ep. 3. 1. B. p. 50.* et charta GOLDAST. *T. 2. p. 27.* et *Spec. Saxon. L. 1. A. 52. L. 3. art. 32.* aliisque locis, Colonos vero Chron. *Lubec. apud MEIBOM. T. 2. p. 397.* et *Lirones Chron. Episcop. Verdens. apud III. LEIBNIT. T. 2. p. 218.* 186. et maxime p. 218. eosdem vocat, ubi ministerialibus et burgensibus distinguuntur. Non raro quoque serui adhuc imprimis in inferioris Saxoniae tractibus vocantur. v. *Chronic. Ra. sedense apud MEIBOM. T. 2. p. 110.* et *ann. Corbeicns. apud Illustr. LEIBNIT. T. 2. p. 302.* *Bubii* quoque, germanice *Huben* vocati sunt, quorum ingens numerus fuisse fertur in exercitu ALBERTI Imper. v. *LEHMANN. Chron. Spirens. L. 7. c. 3.* nonnunquam et *subditi*, imprimis interregni tempore, ut pater ex his, quae de hoc aevo laudatus tradit LEHMANNVS, quo nomine et hodie eosdem venire notum est. *Pa-* Constitutio et obnoxio
ctis constitutam fuisse proprietatem, atque hunc statum disterte opponi libertati inuenio. *Mag aber dieser seine* demanzen zu eigen giebt /c. cui non obstat inepta philosophia *Speculatoris huius L. 3. art. 42.* Distinctioni tamen in domesticos et rusticos seruos hoc aevo iam detractum fuisse, adeo quidem, ut illi tere *seruili nexu* solui coeperint sensim, colligi potest ex *L. 2. art. 32. 33. 34.* et *L. 3. art. 6.* quibus *freye Diener / freye Knechte* salutantur, atque iam omne circa eosdem ius ex *locato conducto* definitur. *Operas* praestabant indefinitas et *censum* quoque, vnde Praeful Moguntinus in *diplomate ap. MEIBOM. T. 2. p. 435.* *Conquestae nobis sunt dilecta*

Sec. XIII. seruorum nomina

eosdem vocat.

Constitutio et obnoxio

diuisio in rusticos et domesticos, domestici operas suas iam locabant. rusticorum operas et census,

lecta Christo Abbatissa et capitulum secularis ecclesiae in Gerrenrode, quod Aduocati dictae ecclesiae tam immo-
 ditibus et seruitiis aggrauent homines et colonos &c. Per-
 mutationes perferebant, Spec. Sax. L. 1. art. 52. Doch mö-
 gen wohl die Herrn ihre eigene Mann ohne Gericht wech-
 seln / &c. Ius dominorum in bonis patet ex iure mortuarit,
 de quo luculenter diploma de ann. 1298. apud GOLDAST.
 T. 2. p. 27. testatur: *Wilhelmus Abbas Monasterii et Galli*
haec conscribi fecit. Nouerint vniuersi, quod Burchardus di-
ctus Lou residens in Thurego Adelheidis, Mechtildis, Adel-
heidis et Gertrudis, filiasrae ipsius Burchardi pertinent iure
proprietas ad monasterium nostrum praedictum, et quam-
diu vixerint, venentur dare annis singulis vniam libram ce-
rae in recognitionem proprietatis, post mortem vero eorum
Abbas, qui pro tempore fuerit, de singulis mortuarium acci-
piet, vt et Spec. Sax. L. 3. A. 32. Behält ihm aber der Herr
dem er sich gab / bis an seinen Tode / er nimmt sein Er-
be nach seinem Tode / und seine Kinder / ob sie nach ihm
gehören / die er gewann / nach dem / daß er sich ergab.
 Quoad ineunda coniugia nec liberos adhuc fuisse a nexu fer-
 nilli euincit L. 3. art. 73. *ibid.*

§. XVI. Quo iure Sec. XIV. obstricta dominis horum
 fuerint bona, colligi potest ex iis, quae tradit Chron. Magdeb.
 T. 2. apud MEIBOM. p. 339. si, vt monimus, iamiam ante-
 cedenti §., voce *subditorum* capias *homines proprios*: quo
 vero iure bona *lassorum* seu *manumissorum*, declarat *Glossa*
Speculi Saxonici, non imperita Iuris Saxonici, iudice CON-
 RINGIO de Orig. Iur. Germ. c. 29. et 30. p. 178. et 184. ad L. 3.
 art. 4. Denn ein Lasse ist ledig / so lange er lebt / wenn er
 aber stirbt / so belehnt der Herr seine Kinder aufs neue damit /
 und theilet mit ihnen, das ist / er nimmt das Korn in
 der Scheune / das noch in den Staden ungedroschen lie-
 get / ist es aber noch nicht eingebracht / so nimmt er es auf
 dem Felde halb / und die fahrende Haabe halb. Quantum
 ad statum eorum *seruilem*, libero oppositum, ciuitatis adhuc
 in ca-

incapaces plane erant, quamuis a domino non vindicarentur. v. *Ordinat. Senatus Brunsvicensis*, apud Illustr. LEIBNIT. T. 3. p. 460. vnde in ciuitates recipere eosdem vetitum in A. B. nisi priuilegio id ciuitates consequerentur, quibus certum vindicationis (der Besatzung) tempus figebatur. De Spirensi v. LEHMANN. l. c. L. 7. c. 71. de Hamelensi v. Illustr. LEIBN. T. 2. p. 515. de aliis conf. HARPRECHTVM de *Iure mortuario c. ult. p. 100. segg.* Quae denique de transmissione proprietatis ad prolem aliquoties inferuimus iamiam, eadem *Glossa iur. Saxon. ad L. 3. art. 42.* confirmat et repetit; *Manumissionis* varios eadem reconfer modos ad *Librum 3. art. 32.*

§. XVII. *Sec. XV.* passim adhuc seruili nomine innuuntur. v. MEIBOM. T. 2. p. 72. et p. 207. vbi LERBECIVS in *Chron. Episc. Mindensium* rurales homines diserte seruos exprimit, passim et *litorum* in WOLTERI *Chron. Bremens.* apud MEIBOM. T. 2. p. 79. nec non *Chron. Archicom. Oldenburg. ib. p. 180.* nec manumissi adeo liberabantur, vt domino nihil iuris superesset in bona ipsorum, vid. *constitut.* quam recitat *Chron. Ep. Osuaburg.* apud MEIBOM. T. 2. p. 248. Quantum ad rem publicam, Friderici adhuc III. reformatione Colonienſi apud DATTIVM de *pae publica L. 2. c. 3. n. 15.* a Scabinorum non solum in Westphalicis iudiciis sed aliis quoque honore arcebantur, vnde toties memorantur *Speculo Saxónico* Schöppenbar sine Leuse, quod repetit MAXIMILIANVS I. in reformatione iudicii Westphalicæ, in cuius constitutione quoque de *Notariis A. 1512.* Notarii esse prohibebantur. v. POTGISER l. c. L. 2. c. 12.

§. XIX. Seruitutis, *Sec. XVI.* sub CAROLI V. auspiciis durantis, adhuc clarum est testimonium BODONIS in *Chron. Clusino* apud LEIBNIT. T. 2. famosam seditionem rusticorum perstringentis p. 363. *Hi ubi ingentem haberunt multitudinem rem fortiter aggressi nulli voluerunt amplius subici, sed comiter viuere omnes, et vel ingenuitatem aliquam scire, vel proprium possidere.* Et p. 364. Pollicentur

Sec. XVII.
mentio seruitutis subditorum in instrumento Pacis Westphal.

tes sibi ipsis perpetuam ab omni seruitute libertatem. Quae denique omnium nouissime *Sec. XVII.* Instrumento pacis Monasteriensis *art. 5. §. 36.* cauta et sancita sunt, *subditos diuersae religionis a religione domini spontaneam suscipientes emigrationem, nec seruitutis nec alio praetextu impediendos esse,* perennantis adhuc suo modo et iure inter Germanos seruitutis certissima nobis esse debent indicia.

§. XIX. Atque huc quidem procraxi filium historiae et iuris *seruorum Germanorum*, ex iis fontibus, ad quos accedere in enodando hoc iuris Germanici themate par erat. Plura huius rei magisque proluxa hic delibare, nec libuit, nec licuit, utpote quae iis relinquo, quibus huic studio incumbere atque diligentius excutere rerum germanicarum monumenta, datum est. Mihi certe haec, cum de *priscis seruis* non ex instituto, sed quatenus *hominibus propriis* conueniunt, meum tractandi fuerit institutum, ad *perpetuae successions seruorum et priorum hominum* demonstrationem sufficere videbantur.

SECTIO II.

De statu et iure hominum propriorum nec a seruis nec libertis Romanorum repetendo.

§. I.

Seruis itaque et propriis hominibus imperasse Germanos ex legum Germaniae indole, et ante et post receptionem iuris Romani, ut in aperto est, ita quis verus *LL. Romanarum* in decidendis horum causis, deriuandisque statu et iuribus sit usus, constat. Diuersissimarum gentium leges et statuta in iis, quae *iuris naturae et gentium* sunt, conspirare, in modis

Geminus in
his Romani
iuris usus

modis specialibus vero, quibus satis fieri possit *iurispruden-
tia universalis* praeceptis pro cuiuscunque civitatis et rei-
publicae indole infinito discrimine differre, certum est. Et
Romanis itaque et Germanis hominum in *liberos* et *seruos*,
distinctio, utpote quas *iuris gentium* est, communis, utris-
que etiam circa servos praecepta communia. Ea itaque, quae
sunt *universalia*, quaeque ab his fontibus profluunt conclusio-
nes, nullo ad Romanam, qua *Romanam*, servitutem habito
respectu, ex iure Romano quo ea diligenter expressa sunt, quo-
ue, ut perfectiori legum exemplo Germania in subsidium iu-
ris sui uti coepit, ad homines nostros proprios recte applicari,
nisi obstat vel pacta, vel Reipl. indoles, sponte consequitur,
quem in his tantum illum ac cum discretionem coniunctum vsum
arbitror, quem HERTIVS commendat *diff. de Hom. propr. Sect.*
3. §. 13. Huc exempli loco refero, *natiuitate* constitui ser-
vitutem, §. 4. l. de iure pers. et l. 16. C. de agr. et casti, item con-
iugio, delicto ex tit. ff. de penis, solui nexum servilem manu-
missione, l. 4. ff. d. inst. et iure, ad servitiam teneri, dominisque
suis acquirere, §. 14. l. de his, qui sui sunt vel alieni iur. ius
dominorum circa actiones servorum, l. f. C. de agric. et cens.
non nisi indictas deberi operas, l. 7. ff. de usufr. leg. mode-
rate easdem exigendas esse, l. 50. §. 1. ff. de oper. libert. fugiti-
vos servos vindicari l. 1. C. d. servu. fugit. et 6. C. de agric. et
cens. actionem praedictam, confessariam et negatoriam, et
quae sunt huius generis alia, quibus, ut inhaeremus non opus
est, utpote abunde evoluta ab iis, qui anxia cura hucusque
nihil non conquiescere, quod ex iure communi ad statum *pro-
priorum hominum*, quamvis ut plurimum invita Minerua,
transferrent.

§. II. Aliud omnino dicendum de specialibus et RO-
manae reipublicae propriis modis, dominium in servos exer-
cendi, quos leges eiusdem continent, sine ingentem iu-
rium consensione, perturbatione et obscuritate ad servorum
nostrorum conditionem Germaniae propriam non posse non
detorqueri, dubitari non potest ex utriusque reipubl. indole

D 3

diuez-

ut transiret
illis ipse
quom

ostenditur per
aliquam indu-
ctionem

Falsus usus iu-
ris Romani
ine ingentem iu-
rium consensione
perturbatione et
obscuritate

probatur Dav,
Meuii cessi-
monio,

diuersa. Qua de re iusta est MEVI indignatio; *Tr.* von
Abforderung der Bauern *Qu. n. n. 2.* Wie aber der meh-
rere Theil derer so den Titel eines Rechts-Gelahrten sich anmassen/
der Unart ist/ daß wenn sie von denen Dingen und Gewohnheiten/
so in Deutschland sich heutiges Tages begeben/ urtheilen sollen/ auf
des Römischen Reichs vor Alters gemachte Satzungen und Ord-
nungen alleine sehen / dabey aber vergessen / daß die Zeiten/ und
mit denen selbst alle Dinge verändertlich seyn / darum zum öfftern
weit verfehlen/ und sich tössen / so geschiehet dasselbe auch in dieser
Materie / so die Bauers-Leute / die man zu diesen Zeiten findet /
angehet / denen viele alles ohne Unterscheid / was man in iure ve-
teri Romano von den agricolis, colonis, adscripticiis, ru-
ficanis, und dergleichen Leuten liest/ appliciren/ und darnach ihre
Meinung richten/ da sie doch zu erst diejenigen/ so ansich ganz und
gar unterschiedener Condition gewesen / confundiren / und
wann was von jeden gesetzet / allein auf heutige Bauers-Leute
soll gezogen seyn / ihre Unwissenheit an den Tag geben / darneben
durch die übel zustimmende Application, zu vielen Weiltläufig-
keiten/ Irrthum und schädlichen Opinionsen Anlaß geben quam-
uis non vbique, quam alii dixit legem, ipse seruauerit, vt
notat, *III. THOMAS, in diss. de dist. hom. in liber. et seruos*
C. r. §. 23. Nec iniuria conquestus MEVI vs de morbo hoc,
quo si a paucis iisdemque celeberrimis recentioris seculi
Iuris recedat, tantum non omnia, quae hoc no-
strum argumentum vel ex instituto vel sparsim tetigere, gra-
uiter laborant. Inuidiam declinatur *STAMMI de seruitute*
personali, *OTTONIS von der Leib-Eigenschafft / HVSAN-*
NI et BONACOSSÆ de seruis, hominibus propriis et famulis
aliorumque labores producere satis esset, quibus et indistin-
cte et frequentissime vti solemus. Inde itaque et a *MIANVS ad ac-*
quato hoc seruitutis hominum propriorum ducendae *princi-*
pio perpetua *Dd.* nec facile componenda diffidia et litigia; inde
aliorum cum seruis Romanis hominum nostrorum ficta simi-
litudo, et ab illis ad hos argumenta; inde rusticorum cum vo-
llis inepta comparatio. v. *HVSAN. d. hom. p. p. c. 9. §. 6. n.*
o. p.

quae ex falso
vfu natae dit-
ficulcates, dis-
fidia et erro-
res,

6. p. 71. ab adscriptitiis, colonis et censitis ac libertis illationes; ab emphyteutis, et *tit. C. de iure Emphyteuticis*, et adeo quoque a iure creditorum, debitores solvendo non existentes in carcerem, vincula et servitutem rapiendi ex *LL. XII. Tabb.* de quo v. *GRAVINA Orig. l. Civ. p. 465. et 401. fgg.* ductae conclusiones: v. *HVSAN. l. c.* inde eorum vaga inconstantia, qui ex omnibus citatorum participare venditant homines proprios; inde eorum liberalitas, qui liberos eosdem, omnemque servitutem diu exulasse in Christiano orbe venditant; inde quoque eorum haesitantia, qui novam quandam speciem eosdem constituere, scripsere. Quae singula, quo talo constent, dispiciendum hac sectione nobis summus.

§. III. Servorum Romanorum iura et conditionem hominibus nostris impingunt *HANN. ad Wesenb. l. 40. T. r. n. 1. SCHWENDENDÖRF. ad Eckolt. T. d. mors. caus. donat. p. 910. HVSANVS d. hom. prop. c. 2. n. 37. BONACOSSA tot. tr. cit. OLDENDORPIVS Ch. 3. et 9. DONELLVS l. 2. comment. iur. c. 9. in f. TREVTLER I. Disp. I. §. 4. l. 6. SCHVLZ synopf. I. T. d. l. pers. LAVTERB. Comp. ff. T. d. statu hom. aliique, quorum vnanimis est sententia, a servis ad homines proprios argumentum duci, hisque illorum iura applicari. Quis si ea restrictione et cautione, de qua in praecedentibus disseruimus, hic verari fuissent, tolerari omnino possent. Sed praestius eosdem inhaerere propriis Romanae reipl. modis, pro scopo eiusdem inuectis, ius dominicum in servos obtinendi et exercendi, ipsa docebit inspectio, et ex iis saltem proba, quas de *contubernio* recoquit ex *l. 3. C. d. incest. nupt. et pr. l. d. Nupt.* quaestiones *ERHARDT, de operis rusticorum concl. 30. p. 249.* aliique, adeo quidem, ut hominibus propriis inani subtilitate *contubernia* tribuere non dubitarunt, v. *B. STRYK. vs. mod. T. d. Ritu nupt. §. 1.* et ex aliis, quae perstringere nimis longum foret, observantur tamen passim in *STAMMIO, HVSANO, BONACOSSA, MEYIO.* Certe ut post receptionem*

Proprietate
 servitutis
 libertatis
 Hominum
 propriorum
 status et iura
 deduci non
 potest ex con-
 ditione Roma-
 rum Romanorum



Probat ex
 utriusque rei-
 publicae di-
 uerfa indole.

ex legibus pu-
 blicis

differentia
 hominum
 propriorum a
 seruis, romi-
 sine.

Obiecto 1, a
 simili saltem
 argumentum
 duci.

respondetur
 per instanti-
 am.

2. explicatio-
 nem genuinae
 analogiae iuris.

prionem iuris communis Germanos repl. suam ad Romanae
 exemplar composuisse et correxisse, huc vsque nemo asse-
 ruit, nec dici potest, nisi ab infans; ita nec indolem seruitu-
 tis suae relinquere, nouamque aliquam Romanam introdu-
 cere cum recepto iure Romano potuere, quae potius a prisca
 moribus tracta, et ante et postreceptionem inter Germanos
 viguit, et nunquam non diuersa fuit ab illa Romana. Pri-
 mum hoc ipsae inculcant inter Germanos leges publicae, vt
ordin. subdit. Lusat. art. 1. Gleichwohl aber die Unterthanen/
 wie bey diesen Marggraffthum Ober-Lausitz beständig herge-
 bracht/ auf dem Lande nicht nach Art/ und Weise/ wie die
 Knechte in den Römischen Rechten dienstbahr und Leibeigen/ 2c.
 Deinde ea quoque quibus STAMMIVS de *seruitate personarum*
li. 3. c. 17. et B. STRYKIVS *Vf. mod. T. de statu hominis*
 libertatem eorum defendit, vtut illius omnia non plene pro-
 bent, utriusque vero pro *libertate hominum propriorum* ar-
 gumenta accipienda sint in relatione ad *seruos Romanos*, non
 vero ad *statum repl. Germanicae*, in qua haec *libertatem* eo-
 rum plane non euincere infra docemus; Quam differentiam
 per singula persequi non opus est, cum imprimis eandem
 passim exponant, et ea quae iam praemisimus, et effectus
 priscae Germaniae seruitutis, quos *sect. seq.* seruiamus.

§. IV. Duo tamen sunt, quae obiecti hic poterunt: 1) simile sal-
 tem argumentum necti a dissentientibus ex *statu seruitutis Ro-*
manae, 2) Germanos eum *romanas* *provincias* bello laesserent,
 tandemque in ditionem suam redigerent, multa ex moribus Ro-
 manorum et legibus quoque imprimis de *iure seruorum* et
manumissione sua reddidisse ac mutatos fuisse, adeoque Ro-
 manorum de *seruis* et *libertis* sancitis hodiernum in deciden-
 dis causis hominum propriorum insignis momentum conce-
 dendum omnino esse. His, qui prius propugnant, repen-
 dendum erit, quod *Ill. THOMAS.* monet *diss. d. Vsu act.*
paen. c. 1. §. 29. et 30. Analogiam enim iuris ac *ex simili* illa-
 tionem utique commendat *l. 12. et 13. ff. de LL. et l. 32. ff. ad*
analogiae iuris. L. Aquil. verum non hiulcam, deformem, maleque cohae-
 rentem,

rentem, sed iustam, quod est, quae in nectendis a similibus argumentis in iisdem principiis, fundamentis et scopo oculo defigit, a quibus leges suas duxisse legislatorem constat, vid. KVL P 15. de analogia iuris p. 17. et 18. et WERLHOF. *Orat. de arctissimo iurisprud. et civilium studiorum nexu.* p. 23. sqq. Posteriolem plane nouam hodie militandi rationem ingressus est HERRMANNVS ADOLPHVS MEINDERS, *Actus Bilefeldensis in tr. hist. politico de origine, progressu et moderno statu nobilitatis et seruitutis in Westphalia Diss. I. de iurisdictione colonaria p. 16. et praef. ad eand. p. 14.* vestigiis insistentis, quae iam prelerat olim IOACHIMVS VADIANVS *antig. Alem. p. 59. in Goldast. script. T. 3.* Rationes dictae sententiae collocat a) in fide AGATHIAE, Graeci scriptoris, de *veteribus Francis l. 1.* qui Francos politia Romana et legibus iisdem uti prodidit: b) coniectura ab aliis, quae ex Romanorum moribus sumserint Franci, quo refert Ducum et Comitum dignitatem: c) receptione successionis dominorum et patronorum in bona seruorum et libertorum: d) ritu manumissionis in ecclesia recepto: e) data a Francis quandoque manumissis Francica ciuitate. De Agathiae

Obiect. 2. Germanos multa adeoque ethice quaedam a Romanis accepisse.

Respondetur

fide hic ambigere nolo, sed ne hoc solo testimonio nifus in graui onere probandi suscepto succumbat, vereor. Vniuersalem plane esse hanc assertionem, merito dubito, cum licet in quibusdam mores et leges a Romanis traxerint, non tamen omnia, quod vel sola Francorum et Germanorum LL. et iudiciorum antiqua ratione, immane quantum distante a Romanis iudiciis, probari potest, adeoque iura circa *seruos* eodem iure excludi possunt a Francica imitatione Romanorum, quo contineri eadem dicit MEINDERSIVS. Coniectura de ducum et comitum dignitate, a Romanis desumpta, vero nec indubio nititur fundamento, siquidem vel id constituere videatur insigne Ducum Romanorum et Germanorum discrimen, quod horum ducatus essent haereditarii, ut patet ex T. 31. LL. *Alemann.* Conf. HERTIVS *not. vet. Franc. c. 5. §. 22.* CAESAR FÜRSTINER *de iure suprematus c.*

E

14. et

14. et 13. et Exc. LVDEWIG in *Germ. Princip. L. 4. c. 1.* minus vero illorum, de quibus v. PANCIOLOTTI *Notit. Imper. P. 2. C. 25. 48. et BECMANN. Notit. dign. illustr. Diss. 7. c. 2. §. 5.* De comitibus multo magis adhuc dubitatum fuit, v. BECMANN. *l. c. diss. p. c. 1. §. 3.* nec hoc evincunt, quae habet HERTIVS citatus a MEINDERSIO, Romanos *comites* vocasse, quos Germani *Grafen* vocabant; Quinimo haec ut eidem opponamus, opus non est, cum ipse mutaverit sententiam in *diss. de iudiciis Centenariis Lemgo. 1715. p. 28.* Sed largiamur quoque haec omnia adfirmantibus BIGNONIO ad *Marculf. form. l. 1. c. 8. ap. BALVZ. T. 2. p. 488. et illustr. AVTORI Mediat. ad Instr. Pacis Westphal. P. Spec. 4. Mantiss. l. p. 25.* certe nec ex hac *particulari imitatione ad uniuersalem* quandam conici poterit. Quoad *successionem in bona libertorum et seruorum*, quam in *mortuario* adhuc existere ex iure Rom. et quidem Iustiniano, (cum tamen si de antiquis temporibus sermo sit, nunquam non codex Theodosianus capiendus) haustam credit, autoritate VADIANII GRYPHIANDRI et WEHNERI, inferius contra HARPRECHTVM adstruimus, *successionem In mortuario* dici non posse. Ritus manumittendi in ecclesia secundum LL. Romanas inuectum ex Codice Theodosiano a clero, supra ipsimet confessi sumus, inde vero indoles seruitutis ipsius Germanicae, et status quoque manumissorum ad LL. Romanarum placita formatus non fuit, ut ex dictis constat. Plenam libertatem, quae *iura ciuitatis Francicae* tribueret, rarissimam fuisse, iam monuimus, nec ius Francicae ciuitatis ex *l. 17. ff. de statu hom. translatum* dici potest, cum cuiuslibet genti sua constent ciuitatis iura, id quod et confirmari potest ex rigore illo Romano, quo peregrini exclusi a iure ciuitatis *Pr. l. d. Nupt. l. 21. pr. C. d. testam.* eiusdem effectibus, iure nuptiarum, patriae potestatis, dominii, contractuum, testamentorum, et successioinum priuabantur, quos tamen omnibus concedi *ius gentium* postulat, qui plane non conueniunt cum moribus Germanorum, vid. BEIER. *ad ff. T. de stat.*

d. stat. hom. l. B. conf. elegantissimam SCHILTERI diff. de iure peregrinorum Ex. V. subnexam.

§. V. Plurima hucusque Ictorum pars in explicando hominum nostrorum statu ad Romanorum glebae adscriptiorum colonorumque iura confugere solet. STAMMIVS, HVSANVS, BONACOSSA, ERHARDVS tractatibus citat, aliique ex antiquioribus allegati a SPEIDELIO et BESOLDO v. *Leibeigen*, ex recentioribus MEVIUS in *Bedencken von Abforderung der Bauers, Leutel et Decis. P. 3. Dec. 8. n. 1. P. 8. Decisio 224.* SCHILTER *Ex. 3. §. 5. B. STRYKIVS in vs. mod. ff. T. de statu hom. §. p. HOPP. Comm. ad Inst. T. d. iure personarum, p. 46. J. Ernst von der Linde diff. de vindicat. hom. propr. c. 1. Illustr. BERGER. Oeconom. lur. L. 1. T. 2. p. 50. 51.* Eadem hic repetenda, quae paulo ante monuimus de *seruis Romanis*; fallunt enim, qui *liberos* volunt adscriptitios Romanorum et colonos, HVSAN. *q. 4. p. 27.* GYDELINVS *d. iure nouissimo L. 1. c. 5.* SCHILTER, *exerc. 3. §. 5.* MEVII *Bedencken von Bauern q. 1. n. 8.* in *seruorum* enim conditione nullam esse differentiam §. 5. *l. d. I. person.* docet. *conf. l. 29. ff. d. statu liberis l. 2. et f. C. d. agric. et cens.* Praeterea vero *l. 2. C. eodem.* diserte ita definit: *Si quis praedium vendere voluerit, vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos priuata pactione non possit. Qui enim colonos viles credunt, aut cum praediis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi praedium sibi prodesse desperent.* Eadem est sententia *l. 7. C. eod. ibi: Quomodo originarios absque terra rusticos censitosque seruos vendi omnifariam non licebit.* Luculentum hoc ipsum est indicium, ab iis, quae propria suere adscriptitiis Romanis, ad *homines proprios* argui non posse, quippe quos et sine praedio alienari et commutari *Secl. 3.* commonstrabimus. Unde nec dispositio *l. 22. C. eod.* qua ita cautum est: *Sancimus solam confessionem vel aliam quamcumque scripturam ad hoc minime sufficere, nec adscriptitiam conditionem cuiquam inferre,*

E 2

non a glebae adscriptitiis et colonis
adscriptitiis
acque seruis
adscriptitiis
alienabantur
adscriptiti sine praediis non alienabantur
bene tamen homines proprii
ad constituendam adscriptitiam qualiter confessionem confectio inter non sufficit



sufficit in hominibus propriis adscriptitiis ad alia seruitia deuocari non poterant quam rustica. bene tamen homines proprii

inter Germanos vsum haber, *vid. Magn. SCHACHER, Diss. de hominibus glebae adscriptitiis super Lusat. c. i. §. 10. nec l. i. C. ne Rustici ad vllum obsequium deuocentur*, cum operis Venaticis, et cum Diui AVGVSTI in Saxonia sanctione in ord. Prou. 1515. von Baufubren / v. CARPZ. P. 2. c. 52. Def. 2. sqq. atque aliis moribus ab ERHARDO l. c. concl. §. seq. et STAMMIO c. 18. seqq. vel aliis, recte conuenit. Fugitiuos vero adscriptitios vindicari, l. 6. et II. C. de agris et cens. ventrem sequi partum adscriptitiae, l. 16. eod. adscriptitiam qualitatem praescribi, l. 22. eod. ex naturali seruitutis ratione fluit, adeoque proprium non est adscriptitiis Romanis.

Nec a libertis Romanis.

§. VI. Libertis Romanorum et rusticos et homines proprios conuenire non paucis quoque placuit, vt STEPHANO de Iurisd. SICHARDO ad Rubr. C. de oper. libertorum MEVIO ad ius Lubec. L. r. T. 3. A. 2. n. 3. seqq. BRVNEMANNO ad l. 1. n. 3. C. de operibus liberti. aliisque, quos cumulat HARPRECHT de iure mortuarii c. 3. §. 5. p. 24.

eum rusticis in quibusdam conueniunt liberti

Quantum ad rusticos Germanorum, quorum conditio ex pactis adiectis manumissioni Germanicae aestumanda est, conuenire in quibusdam quae tamen ex aequitate naturali aut manifesta rationum paritate promanant, cum libertis Romanis, negari non potest, sed ideo eorum iura, quae a propria natura et indole sua pendent, ex iuris Romani placitis primario iudicanda esse exemplo SICHARDI, aliorumque, ideo concedi non potest. v. B. STRYK, *Conz. vs. mod. ff. T. d. Operis libertorum*. Homines vero proprii, quo iure libertis comparari possunt, quos manumissos esse non constat, nec probatum, quique seruilem adhuc ex iuris German. principiis impositam, quamuis varie temperatam, conditionem tenent, non apparet. v. *idem ib. §. 3.*

non vero homines proprii

Mirum itaque non est, adeo fatigasse Ictos mortuarii ex iure succedendi patronorum in bona libertorum explicationem, quod ius sane non iuri succedendi, sed proprietati domino- rum in bona seruorum adscribendum est, vt in eo valde dubius

nam non sane manumissi

Ius mortuarii non est successio patroni in bona liberti.

dubius sit B. HARPRECHT, *de iure mortuarii*, adeoque haec, vt diuersissima, ad conuenientiam nunquam componentur; Inde et illud est, quod *operae libertorum absolute* debeantur iure Romano, hodie vero a rusticis et hominibus propriis *intuitu praediorum* s. vt priscae Germ. LL. loquuntur, secundum *possessionem*. conf. BALTHASAR. *d. operibus subditorum c. 8.* Operarum porro libertorum Roman. diuisio in *officiales et artificiales seu fabriles in l. o. ff. de oper. libert.* nec ad rusticorum, nec hominum propriorum operas quadrat. v. B. STRYK. *l. c. §. 5.* Liberationem ab operis liberti morbo impediti *l. 15. pr. h. d. Op. lib.* in rusticis hominibusque propriis plane non admitti, constat v. ERHARD. *d. oper. rust. concl. 32. p. 260.*

§. VII. Liberalius adhuc cum hominibus nostris agitur ab iis, qui extra glebam, cui alligati sunt, in libertatem eosdem ex iuris ciuilibus principiis asseruere, v. HOPPIVS *ad Iul. T. d. iure Personarum p. 46. et qui test. facere poss. p. 141.* KLEIN *in diss. iur. Vol. diss. 25. de inobedientia impuni c. 3. §. 14. p. 138.* et B. STRYKIVS *vs. mod. ff. T. d. statu hom. §. 5-9.* Libertatem probant ex iuris communis cum aliis ciuibus Romanis participatione hominum propriorum, vtpote quibus nec iura connubiorum nec contractuum, nec testamentorum denegentur. De firmiori probationis ciuitatis Romanae fundamento ac robore, quod in iure connubiorum, contractuum, et testamentorum praecipue situm hic est, dubitari equidem posset, cum plura essent, quibus priuabantur iure communi et ciuita is exclusi. Verum haec iam a CAROL. SIGON. *d. iure antiq. ciu. Rom. L. 1. c. 6.* et SCHLTER. *diss. de iure peregrinorum* discussa sunt. §. 19-59. Certe non aliam quam *Romanam ciuitatem* inde colligere licebit, qua hic opus non est, cum de *seruis non Romanis, sed Germanis* quaestio sit. Germanicam veroinde libertatem elici posse vereor omnino. Iure enim connubiorum atque effectibus inde descendentibus v. g. *patria potestate serui German.* non vt *liberi*, sed *Christiani* ab antiquissimis temporibus vtuntur, maxime ve-

Libertorum operae absolute debebantur; *operibus hominum propriorum iuxta praediorum rationem.* Operae libertorum artificiales et officiales ad homines proprios non quadrant. Liberatio ab operis libertorum ex morbo non in operis hominum propriorum. Nec ex iure Romano liberti censendi homines proprii. argumenta in contrarium. ad ea respondetur libertatis et ciuitatis Romanae fundamentum allegatum, adhuc est dubium. Nec probat libertatem et ciuitatem Germaniae. Iura connubiorum hodie ad eccle-

stifica bene- ro ex quo Pontifices matrimonialia sub sacramenti praetextu
 ficia perti- foro Ecclesiastico vindicarunt v. PRAES. *iur. ecclesiast. Pro-*
 nent, vnde ni- testant. l. 2. T. 2. §. 24. seruorum matrimonium iure Ecclesia-
 hil probant in- stico firmum et indissolubile sanciuere. T. t. X. de coniug.
 statu ciuili pu- seruorum. Iam itaque vbi hoc beneficio fruuntur serui, vt
 blico, membra *societatis ecclesiasticae*, cuius finis est spiritualis v.
 ZIEGLER *de Superintendente c. 3. §. 3.* et modus congregationis
 aequali, vt fasius Dn. PRAESES l. c. L. 1. T. 3. §. 9.
 segg. docet, vrpote qui nec *liberos* nec *seruos* nouit, sed
docentes et audientes, ad effectus in *ciuili societate* inde il-
 latio, non alio nomine, nisi *μεγαλόθεος* εἰς *ἀλλο γένος* censeri
 poreff. Ius Testamentorum valde iactabant Quirites ex XII.
 Tabb. LL. *Paterfamilias vti legassit, ius esto*, quod reperit-
 ur Pr. I. d. L. *Falcid.* et l. 120. ff. d. V. S. vid. GRAVI-
 NA *Origin. Iur. Ciu. p. 467. et 321.* Non vrgeo *libertatem*
 hanc Quiritum ciuiumque Romanorum statum publicum ac
 nexum cum summa potestate, quae in republica Romana
 modo penes *plures*, modo penes *pauciores*, modo penes
unum constitit, respicere, non statum priuatum, quod e-
 leganter iam persecutus est SCHILTER ex 14. §. 6. 7. segg.
 Illud vero reddit suspectum criterium hoc *libertatis* Ro-
 manae, quod quamuis varie immutaretur, et restringe-
 retur libertas, testibus TACITO *Annal. L. 1. p. m. 215.* et le-
 ge Fufia Canin, qua *manamissionibus* modus statuebatur,
 vid. SVETONIUS in *August. c. 40. conf. GRAVINAL. c. p. 520.*
 imminuta tamen ideo non fuerit ingenuitas ciuium Romano-
 rum. Multo magis adhuc de *ciuitate Germaniae* dubitandum,
 cui multo tempore testamenta plane incognita fuere, v.
 SCHILTER *Ex. 2. §. 14. et 15. §. 30. segg.* cui quoque nihil de-
 trahitur, quamuis varie restringatur iuribus *statutariis testan-*
 di *libertas*, quae denique nec in peregrinis admittit et rece-
 pit hunc ciuitatis effectum, v. SCHILTER *diff. laud. de iure*
peregrinorum §. 22. nisi forte ex edicto, quod quisque *iuris in*
alium statuit, vt ipse eodem iure utatur. Accedit et illud
 nec seruitutis Germanicae indoli contrarium esse *iure testa-*
 men-

Ius testandi in
 Germania non
 est effectus ci-
 uitatis.
 non ad aequa-
 tum criterium
 libertatis Ger-
 manicae.
 nec stricte Ro-
 manae.

non contrari-
 atur seruituti
 Germanicae
 testari posse.

mentorū vti seruos, quibus quaedam a dominis relinquenda erant, quae ad haeredes transmitterent, et vnde vitam honeste ducerent, quod quoque dicendum erit de iure *contractuum*, quod praeterea magis commune esse omnibus hominibus quam proprium ciuibus Romanis monet *Ill. THOMAS. diff. d. lib. et seru. c. 2. §. 55.*

§. VIII. Denique et communem illam de *seruitute inter Christianos et moratioros gentes sublata prorsus*, traditionem a seruitutis Romanae conditione, cui in Germania aliisque Europae tractibus cum nihil simile cerneretur, Historici pariter ac Icti, omnem seruitutem exulare affirmarunt, manasse persusum teneo. In illis deuotissimus alias et peritissimus rerum Germaniae indagator *CONRINGIVS EX. d. Iurib. Germ. §. 81.* iam post annum nongentesimum omnes pene seruos per vniuersam Germaniam ex pietatis seruire fuisse manumissos; *BODINVS vero d. Republ. L. 1. c. 5.* circa A. C. 1250 omnem inter Christianos sublatam seruitutem tradunt, quos Icti magno secuti sunt numero *v. GVDELINVS d. iure noniss. L. 1. c. 4. GRÖNWEGEN ad 1. de iur. pers. STAMMIVS d. seruis. personal. L. 1. t. 1. c. 2.* aliique ex recentioribus quoque. *Conringio* sane iam *HERTIVS l. c. §. 5.* et diplomatum fidem et *vir. X. d. con. Seru. Bodino GVDELINVS. l. c.* recentius manumissionis diploma regessit, vtrique obstant ea, quae *Sect. 1.* pertractaui, et de seruitute moderna Poloniae tradunt *CONNOR Beschreibung des Königreichs Pohlen p. 2. Ep. V. p. 000. et HAVTEVILLE Relation historique de la Pologne c. 7.* Adeoque vel de Romana seruitute sublata dicere, quod multo ante cum euerfione Romani imperii contigit, vel temperatum rigorem iuris dominici inculcare voluerit, vbi tamen seruitutis iura et vestigia plane sublata adstrui non debebant; acque enim acii somniant, qui *ANTONNIVM* iura seruitutis penes Romanos abrogasse ex eo colligere vellent, quod asperitatem iuris dominici et vitae necisque potestatem mitioribus circumscripserit limitibus *§. 2. l. de his qui sui vel al. iur. conf. LAURENT. PIGNOR. d. seruis p. 9. segg. Vel aduex-*

Nec seruitutem omnem in Christiano orbe abrogatam esse dici potest.

aduersari credidere seruitutem Christianae religionis regulis, quamuis mutui amoris ac fraternitatis vinculum non *seruilem* excludat *subiectionem*, aequae ut admittit *subiectionem ciuilem*, licet abhorreat a *saecuitia* et *crudelitate* inexorabili. Quae eo minus habent dubii, quo grauius Apostoli et antiqui canones seruis inculcant, ne se Dominis subtrahant, sed obediant et seruiant iisdem contra eorum errorem, qui omnem subiectionem tam *privatam* quam *publicam*, ut pugnantem eum *Christiana libertate*, reiecerunt, v. H. GROTIJ. d. I. B. et P. L. 2. c. 5. §. 29.

De aliis circa
deriuanda
iura hominum
propriorum
remittit.

§. IX. Tandem quam praeclara et distincta ab iis in decidendis hominum propriorum causis expectanda sit ratio, qui miscent ima summis, ac modo a *seruis*, modo ab adscriptitiis & colonis, modo a *libertis*, modo a *Vasallis* ad eodem argumentantur, scæda iurium ac principiorum confusione, exemplo HVSAN. d. hom. prop. q. 6. p. 71. seq. et multorum in hoc argumento, ex antecedentibus liquet. Cum iis vero, qui homines nostros *seruos anonymos*, qui nec *adscriptitiu* sunt, nec *coloni*, nec *capite censu*, nec *statu liberi*, nec *liberti*, constituunt, ut ZASIVS *ing. resp.* L. I. c. 3. n. 57. WESENBECIUS P. 1. *conf.* 18. n. 17. et GAILL. *obs.* 8. n. 3. seqq. de *pignorationibus*, non est quod licet contrahamus, quandoquidem non a Romanis, sed Germanis fontibus hanc propriorum hominum seruitutem repetendam esse recita est eorum confessio.

SECTIO III.

De usu huius doctrinae in effectibus
priscæ seruitutis in hominibus
propriis.

§. I.

Vsus huius
doctrinae

EA solet esse omnis iurisprudentiæ ratio, ut si in verbis legum solum haereat l. 17. ff. d. LL. nec ad facta ipsa transferatur, sterili ac elumbi compareat habitu. Quae

Quaecumque ita sint, in rubro huius dissertationis *usum* quoque principii iuris, circa *homines proprios* adstructi, quem *simpri- mis in effectibus priscae huius servitutis hodiernum hominibus propriis molestis*, et rite interpretando horum in dubio iure colloco, promisi. Valde mitigatam et mutatam fuisse longissimo hoc temporis decursu priorum hominum servorumque conditionem, et manumissiones frequentiores et pacta, et publicae leges persuadent. Non omnes manumissiones iugenuitatem tribuisse, plurimis adhuc haesisse certi servitii et obsequii conditionem superius tradidi, *vid. HERTIVS d. hom. propr. §. 1. §. 7.* Pactis quoque et pietatem dominorum atque benevolentiam et redemptionem, certas operarum et censuum qualitates, et quantitates, aliasque servilis iugis et conditionis partes saepius remisisse, eo minus habet dubium, quo hodiernum frequentius est: Publicis denique non raro legibus, ob abusum forte iuris dominici, eiusdem exercitio limites constituti sunt passim, ne nimis effraenis dominorum licentia et libido desaeuieret, quo pertinet *Rec. Imp. d. A. 1555. 54. et ord. subd. sup. Lusat. Art. 4.* Früge sichs auch zu / daß die Herrschaft mit denen Unterthanen gar zu grausam / und grimmig verführe / ihnen alle Lebens. Mittel durch übermäßige Bestrafung oder in andere Wege / beneh- me / die Dienste über Erträglichkeit wieder des Landes Gebräu- che / wieder Billigkeit / und jedes Orts Satzungen / allsubhart spannen / oder andere unzulässliche und zu Recht verbotene Ge- walt gegen sie verüben thäte / und solches wäre landflüchtig / Der- föhnte / wie zu Recht beständig erwiesen werden / so sollen in der- gleichen Fällen die beschwerten Unterthanen / weisn die in der Na- tur und Rechten gegründete Billigkeit nicht zu geben will / die- selben unter einem so schweren Joch fräncken zu lassen / nach vor- hergehender rechtmäßiger Erkantniß der Renter von der Pflicht der Unterthänigkeit nicht unbillig losgezohlet werden. Indere. inde prouene- re conditio rr- sticorum.

petenda est differentia moderna rusticorum et hominum pro- priorum vid. III. THOMAS. de hominibus propriis §. 84. 85. et d. dist. hom. in liber. et seruos s. ult. conf. MEVII Bedenden g. 1. n. ii. seqq. Illi enim manumissi cum iniunctis certis ope- ris

ris et censibus; hi vero non: unde et iura propriis hominibus pecularia illis applicari non possunt, inde profecta vnius pagi hominum quandoque diuersissima conditio v. ERTELII *praxis aurea* c. 21. *obs.* 4. et operarum censuumque praestationum infinita varietas pro pactorum, vsus et provinciae diuersitate. v. MEVIUS *l. c. q. 1. n. 30.* conf. STAMMII, HYSANI, et ERHARDI tractatus et HARPRECHT. *de iure mortuar.* c. 6. §. 71. 62. *sgg.* adeo quidem vt, communis Ictis nata sit regula, causarum harum decisionem ex moribus pendere et *statutis.* v. GAILL. *obs. L. 2. obs. 62. et MYNSING. Cent. 5. obs. 8. n. 13. P. 2. C. 51. 52.* ibique CARPZ. B. STRYK. *Vf. mod. ff. de Oper. Libert.* §. 1. Inde quoque profluxit *operarum in determinatas et indeterminatas* distinctio, atque

opera deter-
minata.

non tamen
vbique neque
in omnibus

Effectus pristin-
nae seruitutis
in hominibus
propriis
quoad nomen
et genera.
lati audiunt.

Dd. consilium de *modificandis et deserminandis indeterminatis operis vel iudicis*, vid. CARPZOV. *P. 2. C. 52. D. XI. et L. 1. Resp. 54. segg.* vel *boni viri arbitrio* vid. BRUNNEMANNVS *ad l. 30. ff. de oper. libertorum.* BERLICH. *P. 2. decis. 281. n. 48.* Neque tamen haec in vniuersum omnibus contingere, nec statui proprietatis et seruitutis Germanicae statim exemerunt, si genuinis superstruamus libertatis et seruitutis conceptum fundamentis, omneque discrimen in proprietate collocemus. v. Illustr. THOMAS. *diff. de hom. propr. §. 25-31.* Et luculentissimi et complurimi adhuc praescae Germanorum seruitutis effectus super sunt, quos hac sectione: quo conferantur cum iis, quae de antiquo iure feruorum German. praemisimus, de *vsu doctrinae huius nostrae* clarius siconstet, euoluere suscepimus, eo quidem ordine, quo superius faciem seruitutis Germanicae delineauimus.

§. II. Effectuum horum in censum quoad nomen et diuersa genera merito venit, (1) quod recentiori aeuo quoque hominibus, nexu quodam serali ad huc constrictis, *laborum*, haereat nomen. Ita enim est in constitutione HENRICI Ducis Brunsvic. *d. A. 1433.*, quam recitat IYST. GEORG. SCHOTTELLVS *singular. Iur. Germ. c. 2.* Werner setten / und wissen we / dat we unse Prälaten Mannes / und alle desenne /
De in

De in unser Hertschop hebben eigene Lude oder Laten/ et ex a-
ctis quibusdam in codicillis manumissionis Archi. Episcop.
Magdeburg. A. 1592. quosdam rusticos manumissos esse von
Lath. Rechte/ obseruauit STRVVIVS Exerc. 40. §. 75. (II) iis in tractibus, quos tenuere *Slau*, e. g. in Pomerania,
Ducatu Megapolitano, Marchia, Bohemia, Lusatia *homines*
proprii omnium consensu durius habeantur. v. HERTIVS l. c. §.
2. §. 2. et Illustr. THOMAS. *dissert. de dist. homin. in lib. et*
seru. §. 58.

qui hodie Sla-
uorum terras
tenent durius
habentur.

§. III. (III) Constitutio hominum priorum per pactum Quoad consti-
expressum et tacitum huc pertinet HERT. l. c. §. 3. de quo dubita-
batur de iure ciuili, sed moribus Germaniae expeditum est. tutionem ser-
Quoad expressum v. Ord. *subd. Lus. Art. 2.* Wann auch uirucis
ein los gelassener Unterthaner sich durch gewissen Vertrag/ oder per pacta
sonsten bey einer andern Herrschaft nebst seinen Kindern/ so viel expresse.
er derselben zur Zeit des Vertrags unter väterlicher Gewalt hat/
und vom ihm durch Haltung eigen Feuer und Rauch nicht geson-
dert seynd/ anderweit unterthänig und dienst-pflichtig machet/
so soll derselbe auf den Fall er sich ohne Los-Brieff anderer Orte
begäbe/ nichts minder als die Eingebornen der Abforderung samt
seinen Kindern unterworfen seyn/ und seiner Herrschafft/ der
er sich durch Vertrag unterthänig gemacht/ unweigerlich
abgefolget werden. Idem iulius confirmant MEVI
Bedencken von Abforderung 2c. *qv. i. n. 46. segg. PHIL-
LIPPI Vf. pract. Eclog. 35.* quam in rem conficiuntur li-
terae obnoxiationis, Germ. Ergeb. Brieffe v. LEISSER *Ius Ger-
org. L. 2. c. 7. Tacite id fit iis in locis, vbi ob debita contra-*
cta viget adhuc (IV) *addictio*, hoc est *mancipatio in seruitu-*
tem siue *addictio ad operas* creditori praestandas, de quo *ius*
pron. saxon. art. 39. l. 3. et Weichbild c. 27. quodque seruari
tradunt antiquiores praedici. KOENIG c. 103. T. von gericht-
lichen Pfande 2c. aber nach den Sachsen Rechten et CO-
LERVS *de processu executiuo P. 1. c. 3. n. 14. et 140. segg.* qui-
bus addi potest MEVIUS *ad ius Lubec. L. I. T. 3. A. 1. n.*
28. STRVVIVS *Exercit. 44. §. 32.* Sententiam in hac causa
latam

tacite
in debitoribus
soluendo non
existentibus.

Hactenus responsum; res ipsa ex prima rerum harum origine satis liquida est. Vel enim ab hominibus propriis tenentur, ubi indistincte ex statu praedialibus ex praedio ab ipsis operae debentur, nisi aliud actum fuerit; vel a rusticis, quorum in emanationibus operae plerumque praediis impositae fuere, quod Saxoniae praedia illustrent, quae operarum necessitatem, ad quoscumque sui possessores transmittunt, sive sint liberi, et adeo quoque nobiles, siue proprietate pertineant ad dominum. Quare glossa Weichbild. ad art. 3. §. 3. Ihr sollt wissen / daß etlicher Dienst liegt auf dem Manne / etlicher auff dem Guth / der Dienst der auff dem Manne liegt / der macht ihn eigen / und heist davon *servitus*, und der Dienst der auff einem Guth liegt macht einen nicht eigen / davon muß aber der Mann dienen / dem den das Gut eigen ist / darum

darum dass er das Guth halten will. *Vid. SCHILT. Exerc. 41. §. 42. B. STRYK. Vfs. mod. ad tit. ff. de operis libertor. §. 4. VII.* de huius allatae praesumptionis repetendum est fundamentum.

§. XIII. (XVII) *In dubio operas rusticorum et hominum propriorum praesumi indeterminatas et indefinitas.* Ex iure enim domini indefinitas et indeterminatas fluere, iuris huius usus arguit, quatenus *conventionibus* non est circumscriptus. Iam vero eidem limites scriptos et ad certam quantitatem et qualitatem operas fuisse redactas facti est, adeoque merito probandi onus in eum devolvit, qui sese fundat in *determinatione*, quod ex duplici responso, altero *B. STRYK. Vfs. mod. ad tit. d. Oper. libert.* inserto, altero *M. Mart. 1714* confirmat Illustris huius Academ. ICtorum Ordo, et eleganter declarat *M. v. l. vs P. IV. Dec. 131. Mul-*

in dubio praesumuntur indeterminatae, Probatur

Ill. IC. Hal. Ord. resp.

Arculi sententia,

tum interest, inquit, quae rusticos vel colonos, an determinata debeant servitia, an indefinita: determinatio servitiorum hunc effectum habet, ut ultra determinata seu expressa opera vel servitia alia iniungi non possint, nec debeant, quia ista debitum restringit, et extra limites, quos fecit, libertatem relinquit, cui contrarium est, servitia iniungere. Quocirca adversus exigentem alia quam definita negatoriae actioni atque exceptioni locus est, in qua ei, qui dicit sibi plura deberi, incumbit probatio. Tali vero non reperta, potestatis dominicae est, rusticis vel colonis etiam alia quam antea solita servitia seu operas imponere. Indefinitum illorum debitum permittit dominis exigendi facultatem, et imponit rusticis obsequendi necessitatem. Quibus minime ex eo, quod talia vel alia antea non praestiterint, ius denegandi est. Sufficit ius exigendi adesse ex obligatione seu conditione rustica vel colonaria, quae ubi aliud non est definitum, ad servitia indeterminate obligat. Ex actio mere facultatis est, ideo licet immemorabili tempore om-

H

missa

missa, nec ius dat debitori, nec domino libertatem auferit. Quae uti firmo stant talo, ita, quae communiter confundi cum hac quaestione solent, diligentius distinguendae quaestiones de ipsa *determinatione* facta, operarum, quae omnino inter dominum et rusticos ius facit, atque ideo valde variat: vid. AHASV. FRITSCH. *de iure et statu pagorum* c. 6. §. 5. et de determinandis operis et modis temperatis exigendi indeterminatas MEYIVS P. 4. dec. 131. Quae si distinguamus ab eo, quod hic caput est, ut vere distincta sunt, eluctari dabitur difficultatibus, quibus implicatur ii, qui *determinatas* operas praesumi, loco operarum *pecuniam* non exigi, operas ultra locum domicilii non prorogari, aliis delegari non posse, operas aedilicias stricte interpretandas esse, et quae his sunt similia, indistincte nimis pronunciant. Conferri hic possunt HVSANVS *de homin. propr. c. 6.* BECHMANN. *dissert. de iure operarum.* Illustr. BERGER. *Oecon. iur. L. 1. T. 2. §. 8.* B. G. BEYER. *Delin. ff. p. 498.*

Liberi rusti-
corum prae-
stent operas
suae locare
tenentur do-
minis,

§. XIV. (XVIII.) *Et rusticorum et hominum proprio-
rum liberos ad praestationem et locationem operarum dome-
sticarum pro exigua mercede dominis teneri, et antequam aliis
elocent, dominis offerre debere, quod vocant den Dienst. Zwang*
vid. Ill. BERGER, oecon. iur. L. 1. tit. 2. §. 8. not. 10. De moribus
hac ex parte Saxoniae audienda est *Ord. Polit. d. A. 1660. tit.*
23. c. 3. So befehlen wir hiermit ernstlich/ daß hinführo der Un-
terthanen Kinder sich bey Fremden nicht eber/ sie haben sich denn
bey ihren Gerichts-Herrn/ darunter sie geböhren/ und erzogen/ vor
sich selbstn oder durch die Eltern angebothen / vermietthen / auff
solchen Fall sie auf Begehren ihrer Herrschafft derselben 2. Jahr
umb daß in dieser Ordnung gesetzte Lohn vor einem Fremden
dienen. *conf. CARPZ. P. 2. decis. 5. De Lusatia vero Ord. prov.*
sup. Lus. d. A. 1595. art. 3. Daß alle und jede Unterthanen und
derselben Kinder für allen andern der Herrschafft umb gebühret-
ches

ches Lohn dienen/ auch dieselben wenn sie 14. Jahr erreichen/ für die Herrschafft oder deroeselben Gefallen nach für gehegtes Gedinge sich gestellen / daselbst gerichtlichen angeloben / daß sie sich ohne Wissen und Willen ihrer Herrschafft ausser Landes nicht begeben/ und in Dienste versprechen/ sondern ihrer Herrschafft/ oder da sie ihrer selbst nicht bedürffte/ deroeselben Unterthanen/ oder wem es sonst die Herrschafft vergönnen möchte/ zu jederzeit verpflichtet sind. In sequentibus contra contumaces privatione haereditatis et banno mit der Acht und Verfestigung procedendum esse iniungitur. De Marchia vid. SCHEPLIZ. Const. Brandenb. P. 4. tit. 10.

S. XV. (XIX.) *Homines proprios ad servitia nihilominus compelli, quamvis praedio suo et fundi lucello bellis vel aliarum calamitatum iniuria non fruuntur. Ita enim diserte ord. subd. inf. Lusat. tit. 7. §. 12.* Da auch künfftig durch Krieg/ Feuers.Noth und andere verderbliche Zufälle ein Herr in solche Armuth gerathen solte / daß er aus unmöglicher Bestell. oder Beschickung sein Guth oder Garten unbeschiedet stehen lassen müste/ und ihm nicht alsobald von der Obrigkeit Beyhülffe gethan / und bey seinem Guth zu bleiben Vorschub geleistet oder andere Mittel verschaffet würden/ darumb er die Herrschafft vor allen Dingen gehorsamlich und fleißig zu ersuchen/ soll er doch nicht befugt noch befreyet seyn / sich alsofort in andre Gerichte zu wenden/ oder in Dienst zu begeben/ sondern verpflichtet verbleiben / seiner Obrigkeit nebenst und mit dem Seinigen auff Begehren vor allen andern in ein und andre Weise zu dienen.

S. XVI. (XX) *Variorum censuum praestationes. Has servilem prode rusticorum et hominum propriorum quoad censum et eius statum, colligi potest ex iis, quae ex TACITI libello de moribus Germ. superius recensuimus: Frumenti modum dominus aut praestatoris aut vestis vz colono iniungit. Eisdem vero, qui ex moribus Romanorum deducunt eos, iam ZIEGLER. Dissert. select.*

select. them. 10. d. praediis cens. ruralibus §. 20. recte notavit iniquiens: Quoad originem sunt quidam, qui eam institutis Romanorum deberi asserunt. Nihil enim illis placet, nisi quod antiquitatem Romanam refert, proindeque censos nostros ex Romanorum colonis adscriptitiis prognatos. Post pauca, ubi adduxerat TACITI memoratum locum, ita pergit: Ex quibus apparet, quod Germani infimae sortis homines ex gente sua aut ab hoste devictos (nam hos Tacitus seruos appellat) ad fundos rurales colendos sub annua praestatione pecoris, frumenti aut rei similis adstrinxerint. Censuum itaque praestationes antiquitus iure servitutis debebantur, quod etiam in hominibus propriis retentum, nisi quod lege, pacto vel moribus admodum restrictae sunt. Hae vero in rusticis, ubi ad liberio rem statum temporis tractu vel manumissionibus vel alia lege pervenire, praediis ipsis impositae sunt, quae propterea vocantur Zins. Güter/ et a quibuscunque possessoribus agrorum ruralium debentur, deque iis actione confessoria civili contenditur, uti de aliis iuribus realibus vid. HERTIVS de hom. propr. Sect. 3. §. 12. Iura horum censuum, quae varia sunt, explicat ZIEGLER cit. l. quae in Instr. pac. art. V. §. 46. 47. 48. secundum annum decretorium determinantur, in quae tamen hic excurrere non vacat. De censibus ecclesiasticis, qui pastoribus aliisque clericis praestandi, et ab iisdem fontibus repetendi, speciatim disponunt Ordin. locorum ecclesiasticarum, et paucis agit Ziegler de dote ecclesiae c. 9. §. 55. segg.

quoad bona
aut mortuarii.

§. XVII. (XXI) Ius mortuarii, quod ultimus census, vel ius caduci quoque, Haupt-Recht / Haupt-Fall / vocatur, cuius vigore domino, moriente homine proprio, certa pars bonorum vel loco eius certa aestimatio ex bonis defuncti debetur, imo, et vniuersum aliquando patrimonium, si sine liberis decesserit. v. LEHMANN. Chron. Spir. L. 2. c. 20. SCHOTTELIUS de sing. quibusd. Germ. iur. et HARPR. de iur. mort. c. 2. §. 3. Quantitas huius, quod domini sibi vindicant, ex moribus valde variat, cum alibi tertiam, alibi quartam capiant, alibi vero

vero rem particularem, eamque optimam, veluti meliorem vestem et optimum caput quadrupedis, quod speciatim vocatur, die Ehr. Müdel ius Curmodicum, quod sqq. §. exponemus. Quandoque etiam universa bona ad dominum devolvebantur, quod colligo ex HILDEBERTI *Cenomanensis epistola 65. Si quidem quoque in diem praefati conventus huiusmodi consuetudo in terra Comitum extiterat, ut decedente marito vel uxore univ. decedentis mobilia in proprietatem potestatis transirent.* Ceterum quo iure dominus mortuarium exigit, a Dd. in contentionem ambiguum vocatum fuisse, eo minus mirandum, quo manifestius est, plerisque, ut ex praemis. constat, naturam *servitutis Germanicae* perfunctorie saltem ponderasse, nec ex vero aestumasse. Scilicet iuris huius natales in his collocari solent causis: 1) quod hostibus devictis tributa imponere, eosdem agrorum parte multare, mancipiorum loco habere, et sub annuo canone in agris relinquere, non modo Romanis sed aliis gentibus iustum et frequens fuerit, quo adstructo *bellicae captivitati* tribuuntur iuris huius primordia: 2) quod exerceatur ad *imitationem illius veteris* apud Romanos iuris, quo patronus liberto in certis casibus succedebat, cum *homines proprii libertis* comparandi sint: SICHARD *ad l. 1. C. de oper. libert. n. 13.* MEINDERS *de iurisd. colon. p. 19. et ibi citatus VADIANVS 3)* quod ius hoc dominis in aliquam defensionis seu *clientelae remunerationem* concessum videatur: 4) quod per hunc *ultimum censum* omnia, dum viverent, vel neglecta a propriis hominibus iam defunctis compenarentur servitiis. Causas has plenius explicat HARPERCHTUS *l. c. c. 3.* sed quae omnes, me quidem iudice, *inadaequatae* sunt. Prima non est viiversalis, sed servituti ex bello ortae solum propria; cum tamen *mortuarium ab omnibus* in univ. exactum fuisse sciamus; altera *inanis* et *praecedenti iam capite* notata; tertia plus roboris non habet aut connexionis, quia *in hac causa* potius *domino territoriali* competeret: exactio, *ultimo deni-*

denique petita quidem ex HENRICI II. *diplomate*, sed magis praetextum et fucum quam veram causam habet. Propius itaque sine dubio rem tangunt, qui a iure proprietatis, quod domino in seruos etiam *gentium iure* competit, iuris huius fontem deriuant. Germanis aequae ac Romanis seruos sed non in morem Romanum fuisse, explanauimus. Romani seruos suos alebant, qui in ipsorum erant familia, adeoque omne, quod acquirebant, dominis acquirebant, nisi quod *peculii iure et nomine* iis quandoque relinqueretur. Germanis diuersum institutum; quilibet seruus suos regebat penates, propriam quisque sedem cum familia tenebat, ex qua, non ex domini penu, victum sibi quaerebat. Ex bonis itaque, quae acquirebant, tantum omnino relinquendum, vnde se et familiam alerent. Seruis defunctis, cessabat haec causa, adeoque domino *iure proprietatis in corpus et bona seruorum* integrum erat, bona defuncti occupare, vel in *uniuersum* vel *pro parte*; posterius placebat, liberis serui existentibus, quia qui *patris defuncti* vices supplebant et praestanda praestabant, aliquid omnino relinquendum erat. Atque huc collineat quoque eorum coniectura, qui *iure peculii, non haereditario* hoc ius dominis in bona hominum propriorum asserunt vid. HARPPREHT. l. c. 1. §. et FABER in C.L. 7. tit. 1. def. 23. n. 5. quamuis rursus homines proprii plus habeant iuris in *bona acquisita*, quam olim serui in *peculium*. Quae conditio bonorum seruorum deinceps aequae immutata fuit, et varias restrictionis leges accepit tractu quidem temporis, vt ipsa seruitus; vnde diuersissima eiusdem inualuit praxis, quam plenissime euoluit praclauidatus HARPPRECHTVS.

ius optionis
seu curmodi-
sum,

§. XVIII. Eosdem habet natales (XXII.) *Ius optionis*, *Ius Curmodicum* das Chür. Recht / die Chur. münd / ab antiqua voce Chür vel Chören *optiare*, unde et bona, ex quibus hoc debetur, vocantur *bona curmodica* vid. SCHOTTELVS l. c. §. 1. quod quibusdam in locis in *locum mortuarii* succedit, cum mitiores domini hoc solo contenti essent. Indolem et rationem iuris huius explicant HENRICI imp. d. A. 1015. di.

diploma apud BRYSCHIVM. de monast. Germ. sub tit. mons mona-
chorum p. 314. et LVNIC in Germ. sacr. diplom. p. III p. 12. et
CAROLI IV. diploma d. A. 1349. apud HEDAM. p. 360. et
MEINDERS in diss. 2. de iurisdictione colon. p. 123. ex veteri
quodam scripto; Und ist Churmüd wan im Freyen 8 Hagen
auf Churmüdigem Gutte ein Mann offte Fraue verstirbt/ daß
mein gnädiger Fürst und Herr alsdar nicht mehr dann ein Pferd/
wannehr es da nicht ist/ eine Ruhe/ wann die dann auch dar nicht
ist/ alsdann vor alles ein Schilling 6. Pfennig krieget. Qui
bona haec cum *emphyteusi* comparant, indeque argumenta
nectunt, nae hi in ea, quae saepius reiecitimus, graviter im-
pingunt. Illud addo, bona haec curmedica vel cormodica
dici non a Chur et mietz/ hoc est ab *electione* et *locatione*,
vt MEINDERS l. c. p. 124. existimat, nam antiquis tabulis vt
plurimum Churmüd vel Churmod/ vt ipse p. 113. insinu-
at, vocatur, adeoque rectius peti *derivationem* a Chur e-
lectio, et od/ quae vox antiquitus denotavit *possessionem vel bo-
na*, vt iuris feudalis interpretes obseruarunt passim, et ita in-
uoluerunt conceptum bonorum *electionis*, et *optionis* iuri ab
antiquo abmoxiorum.

§. XIX. (XXIII.) *Ius venandi in praediis rusticorum*
et *hominum propriorum*, quod hodie nobiles in iisdem exer-
cent, vt pote quae rusticis olim concessere. Limites enim quam-
uis acceperit hoc nobilem ius, ex quo, introducto iure feuda-
li Longobadorum, sensim interdici in propriis fundis et ad *re-
galia* referri coepit; v. HEIGIVS P. 1. Q. 15. Id quod
textus 2. F. 56. et 2 F. 27. suadere videbantur, licet vterque
textus probanda parum probet, siquidem a *iure piscandi*, de
quo 2. F. 26. disponitur, ad *venationem* colligere non licet, cum
illud sine dubio in censum *regalium* veniat, quia *flumina* ipsa
iure *regalium* censentur; et alter 2. F. 27. saltem in Italia a
FRIDERICO ius venandi esse restrictum, et, vt verba praece-
dentia innuunt, *rusticis* et *mercatoribus* interdictum euincant;
Germani tamen longo tempore post hanc constitutionem *li-
bertate venandi* in fundis suis, quo et *pradia rustica* spectant, usu
fuerunt.

ius nobilium
venandi in
praediis rusti-
corum et pro-
prietorum ho-
minum.

fuere. Non nego, in quibusdam prouincijs ius venandi amplius liberum non esse, sed ad *regalia* relatum; verum vniuersalis inde non consequitur Germaniae praxis, et nobiles quae maioris securitatis causa, vt *litteris inuestiturae* ius hoc infereretur, curasse; Sed illud ipsum est, quod alijs praeiudicium inferre non potest, si desit *prohibitio publica* legis prouincialis, quae soli principi seruetur. Deinde vbi vel ex *inuestitura* vel *antiqua obseruantia* nobiles ius venandi habent, illud exercent in *praedijs* et rusticorum et hominum propriorum, non aliunde, quam ex antiquo dominorum *in res rusticorum iure*.

§. XX. (XXIV.) *Ius expellendi proprios homines ex fundo*, quod vocare solent die *Abufferung*; praedia enim *casatos seruos* a dominis suis accepisse, superius deductum est, quae iure magis *precario* et sic non sibi sed dominis possidebant. Idem adhuc hodie in Marchia Brandenb. ducatu Megapolitano, inferiori Saxonia frequentari tradunt HERTIVS l. c. §. 8. MEVIUS ad ius *Lubec. l. 1. tit. 3. art. 3. n. 36. et consil. 66. n. 40.* SCHEPLIZ, ad *consuet. Brand. p. 4. tit. 7. §. 2. n. 12.* Imo *uestigia huius iuris* adhuc deprehenduntur, in bonis, quae vocantur *Schillinge, Hauer*. Atque hinc est, quod frustra sibi hi homines (a) *dominium* aliquod *utile* arrogent, quod facilius tribui potest *rusticis* in Saxonia, praedia ruralia possidentibus, qui eadem pleniori iure, quam homines proprii, et titulo oneroso acquirere, adeoque inde expelli non possunt. *vid. ZIEGL. dissert. select. them. 10. de praedijs censiticis ruralibus §. 34. (b)* quod de agris concessis disponere aut testari nequeant, quamuis de alijs acquisitis id ipsis liceat, modo domino saluum sit ius mortuarium. Quare MEVIUS in *Bedencken* 2c. 9. 1. n. 35. ita censet: Und obgleich die Höfe, so die Bauren bewohnen, samt den Hefern / und andern Zubehör, so dabey geliefert worden / derselben Eigenthum nicht seyn / sondern der Herrschafft verbleiben / darum darüber nicht disponiren oder Veränderung vornehmen können / ja wenn ihnen auffgesagt / weichen müssen / so ist doch gleichwohl was auffser deme sie haben oder erwerben / ihr eignes Guth / und können darüber so schalten u. walten handeln u. Vormachung thun. Hilf

ius expellendi
proprius ho-
mines ex
praedijs.

milites in
in honore
-filiis subit
-vix tam
-quod carior
-us illis

3107

Hilce addimus casum, si domini ad certam quantitatem ius contrahendi hominum priorum restrinxere, ne ipsi domini forte praesudicium capiant, aut alias suo iure excidant, prout sancitum *Ordin. Prov. Moraviae*, dass kein Untertthan über 30 fl. grosch. Böhmisch. (quod ad 5. thal. nondum accedit) ohne des Herrn oder Amtmanns Wissen Schulden machen oder Bürgschaft leisten könne. *vid. IOH. IAC. a WEINGARTEN Auszug der Böhmischen Rechte lit. 2. n. 22.* (c) quod domini passim, imprimis in Westphalia vocentur *Gurths-Herrn* cum praediorum dominia habeant. Sed et hoc ius pactis atque legibus publicis varie restrictum est ex *abusa* forte dominorum, cum expediat reipublicae, ne quis re sua male utatur.

§. XXI. (XXV.) *Homines proprios dignitatum haberi incapaces, eorundemque statum adhuc hodie opponi statui liberorum et ingenuorum, quam in rem elegantes sunt conjecturae Ill. THOMASII diss. de hominibus propr. Germ. §. 90. seqq. Quae olim de notariis et scabimis iudiciorum Westphalicorum constituta sunt, Sect. I. enarrauimus, confiterim DATT. de pace publica l. 4. c. 3. n. 42. seqq. Nec hodie obnoxiam proprietati conditionem hanc exuisse indolem tradunt STAMMIVS l. c. L. 3. c. 20. GAILLIVS de ar. rest. Imp. c. 8. PHILIPPI *Vs. pract. L. 1. ecl. 30. n. 7.* Et sane illud indicium non leue est pristinae seruitutis in hominibus nostris, quod nec hodie nisi manumissi sint, in mechanicorum recipiantur collegia *vid. GALL. l. c. n. 29. et PHILIPPI l. c. nec ad iura ciuitatis admittantur, nisi exhibitis literis (vulgo Mann-Recht) quae fidem faciant solutos eos esse nexu proprietatis v. LEHMANNVS Chron. Spir. L. 4. c. 22. STAMMIVS l. c. n. 3. et KNIPSCHILD de iure et privilegiis ciuitatum imper. L. 2. c. 8. n. 150.* unde notissima, praesertim Sueviae, est iuris Germanici illa paroemia: Keine Senne steigt über die Mauren/quod homines proprii ex provinciae moribus gallinas (die Leib-Hüner) dominis in censum praestare soleant. *vid. HERTII Paroem. iur. Germ. L. 2. par. II. p. 607.**

simptald
bey untre
qualität

quoad statum
in republica
dignitatum
habentur in-
capaces et op-
ponuntur ad-
huc liberis.

non admittuntur ad
collegia me-
chanica.

ad iura ciuitatis.



Manumit-
tuntur per e-
pistolam


nec liberan-
tur dignitate
a nexu pro-
prietatis.

Conclusio,

§.XXII. Tandem quoque nec hodie proprios homines ad-
pisci liberationem a proprietate, manifestum est, nisi *ma-
numissione*, cuius ex variis modis, quos antiquitus servatos comme-
moravi, remansit adhuc illa *par epistolam et instrumentum*, quod
vocat den Erlaß, Brieff, den Loß, Brief, die Loßfassung *vide Ord.
subd. sup. Lus. art. 4. et WEINGARTEN l. cit. 2. n. 2. conf. fusio-
rem MEINDERSII tractationem diss. 3. de manumissionibus et re-
demtionibus hominum propriorum*, quarum formulae exhibentur
apud HULD. AB EYBEN *disqu. 2. ad Instit. obs. 12.* et recentissimae
apud MEINDERSIUM *l. c.* Quod adeo verum est, vt nequidem
qui ad dignitates proveci iam sunt, tacite manumissi et proprietatis
nexu soluti censeantur, sed pretio liberationem adhuc redimant. *vid.
Ord. subd. sup. Lus. art. 4.*

§. XXIII. Non paucos et non minus luculentos priscae Ger-
manorum seruitutis effectus hodiernum adhuc hominibus propriis
molestos in scenam produxi, non tamen omnes. Tam late enim pat-
et hoc argumentum, vt in conferendis cuiuslibet Germaniae pro-
uinciae circa homines proprios et rusticos moribus et legibus speci-
alibus adiura antiqua Germaniae circa seruos amplissimum adhuc se-
se offerat campus. Nobis luculentissimos et maxime obuios
ex posuisse satis est, cum longiori et fusiori meditatione haec ex-
pendere latiusque excurrere et instituti et temporis nostri rationem
excedat, adeoque nihil nobis restet, quam vt vltimam iam ma-
num tractationis imponamus, atque diuinam Numinis
praestitam opem deuoto pectore
veneremur.

F I N I S.



CO.



COROLLARIA.

I Vri ciuili non expressa ista constitutione Max. I. d. A. 1495. sed vsu sensim & obseruantia per omnem Germaniam autoritatem constitutam fuisse docent exempla multo ante & multo post eandem.

II.
Seruitutem inter Christianos prorsus sublatam esse, fabula est.

III.
Serui & homines proprii gaudent iure connubiorum, vt Christiani, vnde ideo non sunt liberi & ciues Romani.

IV.
Operæ rusticorum in dubio præsumuntur indeterminatæ.

V. In

V.

In fernos dotales de iure et regulariter
parochis competit iurisdictio.

VI.

Iurisdictio patrimonialis nihil aliud est
quam antiqua illa dominorum iurisdictio et
disciplina domestica.

VII.

Ius pignorandi, incarcerandi et verbe-
randi rusticos et homines proprios non est ex
iurisdictione.

VIII.

Differentia rusticorum et hominum pro-
priorum profluxit a manumissionibus et pa-
ctis iisdem adjectis.

IX.

Ius mortuarii non est successio patroni
in bona libertorum.

X.

Neglectus domini consensus in nuptias
hominum priorum arbitrarie punitur.

XI. Ho.

XI.
Homines proprii a nexu proprietatis
non liberantur dignitate, nisi manumissionem
petierint.

XII.
Rusticorum operae nec officiales sunt nec
artificiales.

XIII.
Ius liberum contrahendi hominum pro-
priorum eorundem libertatem non arguit.

XIV.
Rectius et efficacius dicitur feudum foe-
mininum, in quo foeminae ex pacto succedunt,
quam quod foemina primum acquisiuit.

XV.
Ratio, cur vasallus feudo priuetur ob
incestum, quod honeste amplius stare non
possit in curia domini, non stringit.

XVI.
Si vasallus domino in bello defensus
indistincte seruire tenetur, concedendum
quo-

quoque, nec liberari vasallum a seruitiis, quam-
uis iniustum sit bellum.

XVII.

Ius principum protestantium circa sacra
non demum pace religiosa in eosdem transla-
tum est.

XVIII.


Iurisdictio consistoriorum in coemeteriis a-
pud protestantes cessat, nisi specialiter ea iis-
dem tributa sit.

XIX.

Ius consistorii et expresso et tacito prin-
cipis consensu mediati quoque vasalli et cinita-
tes provinciales acquirere possunt.








Halle, Diss., 1716 B11-L1

ULB Halle 3
003 949 095



sb.







2715.

10-

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DEIVRE ET STATV
HOMINVM PRO-
PRIORVM A SERVIS
GERMANIAE NON ROMA-
NIS DERIVANDO,ET DE
VSU HVIVS DOCTRINAE.QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO CAROLO,

PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDEN.

BVRG. CETERA,

IN REGIA FRIDERIGIANA,

PRAESIDE,

DOMINO

IVSTO HENNING. BÖHNERO,

ICT. COM. PALAT. CAES. POTENT. REGI BOR. A CONS.

AVL. PR. IVR. ORD. ET h. t. DECANO,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES

Ad d. XXIIIX. Sept. MDCCXVI, horis ante et pomerid.

publico eruditorum examini subiicit,

AVTOR

FRIDERICVS SCHROETER,

Lauba - Lufatus.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

LITERIS IO. GRVNERI, Academ. Typogr.